



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



K. A.
[832]

ANTHOLOGIA GRAECA

AD FIDEM

CODICIS OLIM PALATINI NUNC PARISINI

EX APOGRAPHO GOTHANO

EDITA.

CURAVIT

EPIGRAMMATA IN CODICE PALATINO DESIDERATA

ET

ANNOTATIONEM CRITICAM

ADIECIT

FRIDERICUS JACOBS,

S. D. SAX. GOTH. A CONSIL. AUL. ORDINIS MERITORUM CIVIL.
CORONAE BAVARICAE EQVES.

TOMUS TERTIUS ET ULTIMUS

QUI APPARATUM CRITICUM COMPLECTITUR.

ACCESSERUNT SUPPLEMENTA VARIARUM LECTIONUM

EX IPSO CODICE PALATINO SUMMA DENUO DILIGENTIA COLLATO

AB

ANTONIO IACOBO PAULSEN,

PHILOSOPHIAE DOCTOR.



L I P S I A E

OPUS IMPRESSUM TYPIS HAERTELIO-BREITKOPFIANIS

VENDITUR IN LIBRARIA DYCKIANA

1817.

76386

PA 3458.A2.
1813.v.3, MAIN

Hoc Volumine continentur haec:

Praefatio.

Addenda et Emendanda.

Notae criticae in XVII capita Anthologiae.


Index epigrammatum.

Index poetarum.

Index scriptorum, qui in notis corriguntur et explicantur.

Index verborum et rerum, quae in notis tractantur.

**Antonii Iac. Paulsen Supplementa variarum lectionum ex
Codice Palatino denuo comparato.**



P r a e f a t i o .

Duo anni praeterlapsi sunt, postquam, Anthologiae Palatinae textu edito, notarum criticarum volumen, quod intra anni spatium absolvi posse speraveram, typis excribi coeptum est. Haec dilatio operi nostro non unam ob causam profuit. Quod enim in hoc volumine typographorum errores pro numero paginarum admodum pauci sunt, id praecipue quidem debetur curae viri eximii, qui etiam alteram textus partem corrigere dignatus est, deinde vero typothetae, insigni omnia diligentia rimantis, lentae festinationi. Sed ad illam quoque partem operis, quae jam profligata videbatur, eadem mora fructuosa fuit, opportunitatibus quibusdam per hoc ipsum tempus, quod notis excribendis impendebatur, oblatis, quae et depravatis quibusdam locis salutiferae essent, et iudicio de universa textus lectione rectius constituendo prodessent, et omnino criticum apparatus nostrum locupletarent. In his primo loco commemorari debet, quod felici re-

rum eventorumque conversione effectum est, ut per maximorum regum clementiam liber Anthologiae Palatinus cum plurimis aliis in easdem sedes, quibus ante hos ferme ducentos annos armorum vi ereptus fuerat, inter faustos Germaniae exsultantis clamores, postliminio reduceretur. Quem pretiosissimi libri ex diuturno exsilio in patriam reditum non minus illustri Universitati Heidelbergensi, cui ad multa alia ornamenta doctrinaeque praesidia hoc quoque accessit decus, quam nobismet ipsis et operi a nobis suscepto gratulati sumus. Quum enim in nova hac editione illud inprimis spectavissemus, ut, quod *Wytttenbachius*, vir clarissimus, in censura Analectorum (Bibl. Crit. P. II. p. 42.) optavit, Anthologiae textus firmiore superstrueretur fundamento, quod non aliud est, quam membranae Palatinae; quumque id ipsum Apographi Gothani ope haud paulo plenius esset praestitum, quam ab iis, qui hujusmodi adminiculo destituti, ad Anthologiam edendam sese dederant, fieri poterat: nihil ad rem profligandam, consiliumque, quod ceperam, penitus exsequendum, utilius mihi potuit contingere, quam opportunitas, ipsa locorum vicinitate adjuncta, iteratae textus cum membranarum comparationis instituendae. Quamvis enim, quod nunc etiam majore, quam olim, confidentia affirmare et testari possum, Gothanus liber diligen-

tiore studio sit scriptus ¹⁾), quam ullus alius graeci latine scriptoris codex, qui intra haec quatuor aut quinque secula exaratus est, facile tamen intellexi, quum nemo tam oculatus sit tamque indefessus, quin eum in tam longo labore aut acies interdum fallat, aut sopor obrepit, fieri posse, ut hic illic in membranis aliquid sit residui, quod *Spalettum* in descri-

1) Quum in Supplementorum libello, huic Volumini subjecto, hoc passim agi videatur, ut Apographi nostri infirmetur fides, de hac re verbo dicendum est. Nullus unquam librarius se autographo ita in servitutem addixit, ut non solum singula verba sine ulla, quam sensus aut sermonis leges requirere videantur, mutatione, verum etiam omnia ejus compendia, omnes siglas, omnes lineolas denique et puncta, quae ibi reperiantur, eaque omnia in eadem pagina eademque paginae parte exhiberet. Hoc tamen *Spalettum* plerumque fecisse apparet. Qui si hic illic, semel fortasse in mille locis, ab illa lege casu deflexit, si in nonnullis erravit, non tamen continuo *vitium ex vitio sevisse* dicendus est, nec fides abroganda apographo, ex quo textus Anthologiae innumeris in locis restitutus est. Quod an, de ullo alio Palatini libri apographo praedicari possit, vehementer dubito. Ipse Supplementorum auctor, qui *Spaletti* nostri levitatem tantopere exagitat, aliquo in loco (p. 46.) se jam nescire fatetur, an non in lemmatibus ex Codice describendis manifesta vitia statim sustulerit. Hoc si illi in tanta diligentia accidit, quidni *Spaletto* idem in similibus ignoscamus? At nonnulla non recte explicuit; quaedam scribendi compendia cum aliis permixta. Audio. Nemo *ἀναμάρτητος*, nisi deum dicas; nec omnia tamen, quae in compendiorum siglis in Commentario nostro emendanda veniunt, a Romano descriptore peccata sunt. Quidam mei sunt, alii typothetarum errores; nonnullos etiam casus progignere potuit. Ii tamen omnes sunt in lemmatibus et notis marginalibus, quarum plurimas si omissem, neminem me facile reprehensurum fuisse satis scio.

bendo fefellerit. Nihil itaque ad rem conficiendam magis profuturum esse existimabam, quam si quis diligens graecarumque litterarum satis peritus homo totum Codicem denuo excuteret, et comparatione cum editione nostra instituta, omnia, quae aut *Spalettum* latuissent, aut a me in apographo conferendo praetermissa essent, diligenter enotaret. Et jam id, quod in votis habebam, per insigne fortunae faultriciis beneficium

Gravissima quidem crimina, quibus doctissimus Supplementorum auctor *Spalettum* oneravit, in Addendis diluere conati sumus; (vid. ad I. nr. 34. 118. II. vers. 410. V. nr. 55. VI. nr. 34. VII. nr. 154. 477. 505. 687. IX. nr. 180. 402. et alibi.) alia quaedam hoc loco commemorare liceat. Cap. VII. nr. 356. in Notis nostris p. 302. in lemmate exhibetur $\pi\acute{\alpha}\lambda\iota$ i. e. $\pi\acute{\alpha}\lambda\iota\nu$. Ad h. l. diligentissimus *Paulssen* p. 37. „ $\pi\acute{\alpha}\lambda$ ’ i. e. $\pi\acute{\alpha}\lambda\iota\nu$. Hinc elucet, *Spalettum* non modo voces „per compendia scriptas plene dedisse, plenas vere compendiarie ratione, sed eo licentiae progressum esse, ut ad libitum exhiberet pro „altero alterum scripturae compendium.“ Si vere *Spalettus* scripsisset $\pi\acute{\alpha}\lambda\iota$, quatenam tanta, quaeso, licentia? at scripsit $\pi\acute{\alpha}\lambda$ ’; quod compendium a me fortasse obscurius pictum, altera lineola longius producta, typotheta pro ι habuit. In eodem Capite nr. 738. v. 3. dixi (Not. p. 413.), in Codice legi $\delta\acute{\epsilon}$ $\omicron\upsilon$ (sic enim ibi expressum), in margine autem $\delta\acute{\epsilon}$ $\omicron\omicron\upsilon$ notari, quod ipsum in textu exhibui. Hic cl. *Paulssen* p. 46. „ $\delta\acute{\epsilon}$ $\omicron\upsilon$, quod est haud dubie $\delta\acute{\epsilon}$ $\omicron\omicron\upsilon$; at *Spaletti* „pro levitate sua, quod sigma est, spiritum asperum putavit.“ Hoc unde appareat, me non satis intelligere fateor, praesertim quum margo $\delta\acute{\epsilon}$ $\omicron\omicron\upsilon$ perspicue reddat. Si autem hoc levitatis est flagitium, quid de *Salmasio* dicamus, qui et aliis in locis quam plurimis Codicis scripturam perperam reddidit, et hoc ipso loco $\kappa\acute{\omicron}\nu\iota\nu$ δ ’ $\omicron\upsilon\delta$ ’, aut δ ’ $\omicron\upsilon\delta$ ’ e membranis enotavit? quam vitiosam lectionem nos primi ex Autographo Romano emendavimus.

doctorumque virorum erga me voluntatem, ita effectum est, ut jam nihil superesse videatur, quod ex illis fontibus ad Anthologiam expolientiam hauriri queat. Quum enim brevi post felicissimam librorum Palatinorum in antiquas sedes restitutionem *Creuzerum*, virum clarissimum mihiq̃ amicissimum, per litteras rogassem, ut talem Codicis comparisonem, quali opus esse videbatur, per doctum aliquem disciplinae suae alumnum, aliumve, qui ejusmodi laborem suscipere et posset et vellet, in meam gratiam instituendam curaret, statim mihi rescripsit vir humanissimus, nihil jam sua procuratione opus esse; inventum esse, qui illam comparisonem sponte susciperet, juvenem eruditissimum, *Antonium Jacobum Paulssen*, Jenensem, Philosophiae Doctorem; eum jam magnam laboris illis partem incredibili studio atque diligentia perfecisse; neque dubitare se, juvenem humanissimum permoveri posse, ut, quae excerpisset et annotasset, mecum communicaret. Non ita multo post *Paulssenius* per hanc urbem in patriam rediens, me convenit, apparatusque ex Codice Palatino collecti specimina quaedam apud me expromsit, quae plane id confirmabant, quod *Creuzerus* de ea re scripserat. Quid multa? Impetravi a juvene doctissimo, ut totam illam variarum lectionum farraginem, ipsius animadversionibus

auctam, cum nostro opere conjungeret. Ac quid ille praestiterit, non est, ut multis verbis doceamus, quum id ipse libellus, alteri hujus voluminis parti subjectus, abunde ostendat. Quum enim nulla sit ne dicam syllaba, sed littera, nulla librarii correctorisve notula, nullus apex, nullum scribendi compendium, quod non ad calculum vocaverit, enotaverit, explicaverit, nulla jam amplius in membranis illis lectio residere videtur, quae non in haec horrea nostra relata sit. Ac sunt quidem in his variarum lectionum supplementis, id quod repetita comparatione intellexi, non pauca, quae in Apographo nostro sic plane extant, ut in Palatino Codice, consilio a me praetermissa, quia ad iudicium de vera lectione ferendum, nedum ad emendandum emaculandumque textum nihil omnino momenti habere videbantur ²⁾. Quod an recte fecerim nec ne, alii iudicent; certe me illa praetermisisse nunc eo

2) Sic, ut paucis defungar exemplis, saepe peccatur in Cod. Pal. in accentibus et spiritibus ponendis. Haec, in lemmatibus praesertim, et ubi nihil interesse censebam, sine animadversione praetermissi, sicut *ἡ ποτὲ, εἰ ποτὲ, τοῦτον τις, πρὶν τι, ἄδε, μὴ κ' ἔτι, ὠδίνας, καίσαρ*, et alia infinita hujus generis. Nec de jota adscripto, quod in membr. Pal. saepe pro lubito omittitur, monendum existimavi, praesertim in dativis, in *πάντη* et similibus. Ne quis tamen existimet, me solertiam, in talibus enotandis positam, elevare velle, haec quoque cognitu sunt utilia, neque omnino in opere, ex uno Codice magnam partem derivato, ulla diligentia nimia potest videri.

minus poenitet, quod, quorum interest, omnia ista librarium peccata, omnes Codicis *ιδιότητες*, summa cum fide ex ipsis membranis enotata, in *Paulssenii* nostri libello reperire et examinare possunt. Plurima sunt in his ad palaeographicam rationem egregie observata de singularum litterarum formis, scribendique compendiis; lectiones etiam nonnullae in ipsis epigrammatis, quae me Brunckianum textum cum Apographo comparantem notasque scribentem fefellerant ³⁾. Harum aliquas, Apographo denuo iterumque consulto, ipse in Addendis notaveram, nihil quod Anthologiae studiosorum interesset, praetermissurus; sed quum easdem in *Paulssenii* Supplementis commemoratas viderem, illas ibi, ne actum agerem, delendas duxi. Et fore quidem non dubito, qui moleste ferant, non omnia, quae ad iudicium de unaquaque lectione ferendum faciant, uno in loco reperiri. Hi sciant, mihi quoque idem molestum esse, et si per me stetisset, me id quovis modo evitaturum fuisse. Verum in ejusmodi

3) Liceat mihi in hac re uti verbis, quae vir summus, *Ricardus Porson*, Supplemento Variarum Lectionum ex Cod. Homeri Harlemano praefixit: „Dum collationem meam repleo, et ad codicem ipsum exigo, „video sane paulo plura cum omissa, tum commissa, quam putabam. „Nec dubito, quin, si quis laborem conferendi codicis iterum susceperit, quaedam adhuc inventurus sit, quae diligentiam meam effugerint. Quicumque hoc opus aggrediatur, me non invito fecerit; agnoscet „tamen, opinor, se aliquantum opera mea esse adjutum.“

opere vix fieri potest, ut simul prompta et parata sint omnia, et si vel cuncta paraveris, improvisi tamen casus, qualis ille fuit, de quo modo diximus, non sunt in potestate nostra. Multa etiam per hos duos annos inter legendum subnata, quae jam suo loco inseri non poterant; multa ab aliis suppeditata; alia denique, ut dixi, serius animadversa. Sic paulatim Additamentorum succrevit Spicilegium satis copiosum, cui ne lectionum e membranis enotatarum supplementa, suo quamque loco, insererem, obstitit *Paulssenii* voluntas, cui repugnare non poteram, quum is ob plurimas causas totum hoc observationum suarum syntagma, peculiari libello, qui et a reliquo notarumstrarum volumine sejungi posset, mallet exhiberi. Quae quum ita essent, ut aliqua tamen ex parte lectorum commodis prospicerem, de iis locis, quae ex nova membranarum comparatione in textu emendari posse videbantur ⁴⁾, in Addendis, huic Praefationi subjectis, breviter monui.

4) Haec loca pro amplitudine operis numero sunt paucissima. In his duo potissimum reperi, in quibus lectionum ex Codice nunc demum erutarum ope sensus praeclare juvatur: unus Cap. IX. nr. 556. v. 6. ἐγνώσθην; alter Cap. XI. nr. 348. v. 2. παρολέτωρ. Reliqua minoris momenti videntur. Sic duobus in locis membr. κρείσσονα offerunt, ubi κρείσσονα edidi; his τοῦτο pro ταῦτα; παθῶν pro κακῶν; μαστὸν pro μαζόν; πανδερχία pro πολυδερχία; et quaedam alia hujus generis, ubi nostra lectio, quamvis per se bona, cum membranarum lectione permutanda est.



Hoc igitur primum erat, quod, dum hoc volumen typis exscribebatur, opportune accidit, supplementorum, dico, ex Codice Palatino accessio. Alterum erant symbolae doctorum quorundam virorum benevolentia ad criticum apparatus nostrum humanissime collatae. Inter quos *εὐεργέτας* nostros primo loco nominandus est *Augustus Seidlerus*, Professor Halensis meritissimus, vir ob egregiam eruditionem cum pari conjunctam acumine inprimis illustris. Hic quum inter libros suos *Suidae* haberet exemplar Kusteriani, cujus margines *Jacobus Gronovius* variis lectionibus ex Codice Lugdunensi excerptis opplevit, illarum lectionum in versibus a Lexicographo laudatis specimen ultro ad me misit, reliqua quoque, si vellem, missurus. Non me fugiebat libri Lugdunensis praestantia, quippe quam cum ex *Gronovii* contra *Kusterum* scriptis, tum ex testimonio a *Valckenario* ei tributo in Callimachi Elegiarum Fragmentis p. 182, cognitam habebam. Quare quum conditio a *Seidlero* mihi oblata esset gratissima, neque tamen a me impetrare possem, ut viro doctissimo variarum lectionum in meam gratiam excerptarum onus imponerem, rogavi eum, ut mihi *Suidae* sui usum concederet, dum lectiones, quae ad Anthologiam facerent, inde excerptissem. Facile precibus meis annuit vir humanissimus; allatus est liber, quum typothetae jam ad Notarum paginam 257

pervenissent. Hinc factum est, ut varietas lectionis eorum locorum Lexicographi, quae in foliis tum jam impressis commemorantur, non ad illa ipsa loca in Notis, sed in Addendis indicanda esset. Caeterum nec haec accessio parvi aestimari debet. Quum enim *Suidae* Lexicon inter fontes lectionum Anthologiae non infimum locum teneat, operae pretium videri debet, hunc fontem a sordibus, quibus vehementer inquinatus est, purgari. Ut autem totam illam faraginem a correctoribus valde interpolatam esse constat, ita Anthologiae fragmenta passim emendata videntur, cum ex Sylloge Planudea, tum etiam ex ingenio. In plurimis hujusmodi locis liber Vossianus Lugdunensis Palatini Codicis lectiones exhibet; qua re *Suidae* cum illo codice conspiratio, de qua et olim dixi (in Prolegomenis ad Animadversiones p. LXXIX.) et nuper in Praefatione ad primum hujus editionis volumen p. XIX. monui, nunc in clariore quam antea luce collocata est.

Inter eos, qui de meis in Anthologiam studiis per hos annos bene meruerunt, non praetereundus est is, quem utraque hujus operis praefatio cum laude commemorat, *Chr. Fr. Graefius*, Eques, vir eruditissimus, qui insignes quasdam de veteribus epigrammatis conjecturas per litteras mecum communicavit, plures etiam in Epistola critica de Bucolicis graecis, anno hujus seculi decimo quinto Petropoli edita, expromsit. Ex his quoque eae, quae

ad prima Anthologiae nostrae capita spectabant, libro illo serius ad nos allato, in Addenda debuerunt referri. Commemorantur in his praeterea *Friderici Henrici Bothii*, viri et antiquarum et recentiorum litterarum peritissimi, emendationes manuscriptae, excerptae illae ex Anthologiae Epitome, a viro doctissimo concinnata criticisque passim observationibus instructa; quam quum mecum ob alias quasdam causas communicasset, rogavi eum, ut conjecturis, quae mihi probabiles essent visae, liceret uti. Quod ille, qua est humanitate, facile concessit, aliasque etiam in litteris ad me datis adjecit, quibus, si vellem, uterer. Gratiae habendae sunt etiam viro clarissimo, *Ioanni Francisco Boissonadio*, graecarum litterarum in Gallia inter paucos statori, qui emendationes quasdam suas, ex commentario ad *Eunapium*, qui jam diu avide expectatur, et ex notis ad *Lucae Holstenii* epistolas, in quibus edendis nunc cum maxime versatur, excerptas, sponte ad me misit; *Francisco Passovio*, Professore Vratislaviensi doctissimo, cui plura debeo diversis temporibus in Anthologia acute animadversa; *Welckero* denique, antiquarum litterarum in Georgia Augusta Professore, cujus cum alia mihi ad Anthologiam profuerunt scripta, tum observationes nonnullae ex instructissimo ejus penore depromptae et per litteras mecum communicatae de Inscriptionibus, quibusdam metricis, quae quum diligentiam meam fugissent, nunc in Addendis exhibitae leguntur.

Jam quum pietatis officio erga eos, qui voluntate sua et benevolentia de opere a nobis suscepto bene meruerunt, eruditione et doctrina labores nostros sublevarunt, utcunque satisfecerim, praefandi finem faciam, postquam verbum de Commentario critico, qui hoc volumine continetur, addidero. Hunc ne quis existimet ex Animadversionibus, octo olim a nobis voluminibus editis, esse excerptum, illae praecipue in interpretatione versantur, quam in his notis raro attigi. Nam quum in iis hoc inprimis agerem, ut textus a me constituti rationem redderem, fontes uniuscujusque lectionis, quae non ex Palatino codice derivata esset, sedulo indicavi, causis etiam immutatae lectionis, ubi necesse esset, breviter allatis. Brevitatis enim studiosissimus fui. Passim tamen, occasione oblata, conjecturas de corruptis aliorum scriptorum locis interposui, et ut taedium fallerem, et quod ejusmodi diverticula eruditis viris non displicere noveram. Ut autem omnia, quae in hac notarum faragine continentur, facile inveniri possent, Indicibus additis prospexi. Scribebam Gothae vi Idus Apriles MDCCCXVII.

A D D E N D A.

Tom. III.

h

ADDENDA

ad Praefationem Voluminis Primi.

Ad pag. XXXVII. not. 37. Locus in epigramm. *Antipatri* Cap. IX. nr. 10. Tom. II. p. 8. οἴπω δ' ἦν πέτρῃ ἱκελος χρόα, ubi erat, quum, hiatus tollendi causa, mutatis verborum sedibus scribendum existimarem: οἴπω δ' ἦν ἱκελος πέτρῃ χρόα, admonet, ut de illo hiatus generem, quod ex longarum vocalium in arsi positarum aut inter se, aut cum brevibus concursu oritur, paucis disseram, hactenus saltem, ut quae huiusmodi hiatus exempla in Anthologiae epigrammatis occurrunt ad calculum vocem, ut appareat, quales hoc genus poëtae admisserint, quibusque de causis, et a quibus abstinerint.

Ac primum quidem se nobis offerunt hiatus illi, a quibus nec scena attica abhorruit, ex concursu interjectionis cum nomine nati, sicut ὦ ἄνα. IX. nr. 91. ὦ ἄνερ. Append. nr. 310. ὦ Ἑλικών. XI. nr. 24. (*Callimach.* Lav. Pallad. v. 90. ὦ ὄρος, ὦ Ἑλικών.) ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδθ. VII. nr. 643. ὦ ἐμὸν ἐκμήνας. VII. nr. 99. οἱ ἐμὲ δειλὴν. IX. nr. 408. ὦ ἴτε Διμήτερος. IX. nr. 147. ὦ ἴτ' ἐπ' ἐμπορίην. X. nr. 6. φεῦ ἐλεεινέ. VII. nr. 286. φεῦ ἀπὸ τοσουτίου. IX. nr. 425. quae omnia non magis offendunt, quam in scena attica ὦ οὔτος, ὦ Ἡρακλεῖς, et similia. In interjectionibus enim artis vim suam vel maxime exserit, qua efficitur, ut huiusmodi hiatus auribus non sint molesti; ut nec in interrogationibus, v. c. ap. *Agathiam* X. nr. 64. Πῇ ἔβαν ἐξαίγνης ἀγχιπόροι κόλακες; eandem ob causam.

Cum hoc genere proxime conjunctum est illud, quod in epigrammatis maxime est obvium, ubi longam vocalem praepositio sequitur, (aut verbum cum praepositione compositum,) aut aliud huiusmodi vocabulum, quod cum proximis verbis sensu arctissime copulatur. Tum enim vocales illae, in quibus hiatus inest, et caesurâ simul et sensu ita a se invicem sejunguntur, ut earum concursus sine offensione aurium toleretur. Nec facile huiusmodi hiatum in Anthologia reperiis,

nisi in diphthongo, aut longa vocali, cui iota praeterea adscriptum, nunquam, si recte memini, in vocalibus simplicibus. Hujus generis exempla apud eos poëtas, qui in censum venire possunt, nam christianorum epigrammatum auctores et *Gregorium Nazianzenum* non moramur, reperi fere haec. Cap. VII. nr. 153. in epigr. *Homeri* aut *Cleobuli*, πολυκλαύτω ἐπὶ τύμβῳ. In Planud. nr. 160. *Plato*: περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ. VII. nr. 536. *Alcae. Mess.* οὐδὲ θανῶν ὁ πρόσβυς ἔψ' ἐπιτέτροψε τύμβῳ. ubi etiam ἐπὶ τέτροψε bene haberet. VII. nr. 641. *Antipater*: προφύγοντα γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ. Id. IX. nr. 82. καὶ γὰρ Ἴων ὄρμῳ ἐνικάππεισιν. VI. nr. 345. *Crinagoras*: σῇ ἐπιμεσθίσαντα γενεθλίῃ. VII. nr. 571. *Idem*: κείμαι δ' ἐν ξείνῃ, ἐπὶ χειρμάδι. IX. nr. 276. πνεῦμα δ' ὁμοῦ πενήν ἀπελύσατο. Ib. nr. 419. *Idem*: οἶσι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο. Ib. nr. 430. *Idem*: νηδὺς δὲ τριτοκτὶ ἀνὰ πᾶν ἔτος. Ib. nr. 555. *Idem*: ἐπ' ἰχθίσι καὶ ὑπὸ μαίρῃ. X. nr. 24. *Idem*: Θρηϊκί διωκομένην ὑπ' αἰγῇ. VII. nr. 294. *Tull. Laur.* τὸν ἀλιτρώτον ἀπὸ κύμβης. quem locum frustra olim tentavi. VI. nr. 218. *Addaeus*: ὁ δὲ που βαθέῃ ἐνὶ ποίῃ. VI. nr. 332. *Hadrianus*: πέρσεν ὑπερθύμους ᾧ ἐπὶ δουρὶ Ἰέτας. XI. nr. 399. *Apollinaris*: Ἰραμματικός ποτ' ὄνῃ ἐποχοῦμενος. IX. nr. 121. v. 2. ποταμῷ ὑπέσθηκε γένειον. Ib. nr. 134. *Palladas*: φάσματι ὡς ὕπνῳ ἐμβάλλετε. Append. nr. 1. *Agathias*: καὶ μαρναμένην ὑπυεῖκειν. VII. nr. 42. *Incert.* αἱ δὲ οἱ εἰρομένης ἀμφ' ὠγγίῳν ἡρώων. Ib. nr. 158. εὐκτιμένη ἐνὶ Ῥώμῃ. IX. nr. 194. ἀρξάμενος πρώτου ἀπὸ γράμματος. Ib. nr. 207. τιῶ ἐνικάτθετο θυμῷ. IX. nr. 802. μορφὴν τήνδ' ὀράας ζώῳ ἐναλγικίον ἔκπῳ. XIV. nr. 124. τριτάτῃ ἐπὶ μοίρῃ. Ib. nr. 149. in Oraculo: ἐν ῥύτῳ ἀπὸ πόρεως. In Planud. nr. 335. ἔπρεπε μὴν χρυσέῳ ἐν ἀγάλματι. Append. nr. 103. ἄρτι γὰρ εὐμόχθου ἐπὶ γυντάδος. Ib. nr. 120. ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ. Ib. nr. 278. μακάρων νήσους θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. Ib. nr. 554. Σαλαμίνιος ᾧ ἐνὶ χερσίν.

Quum horum hiatus, qui apud optimos quosque versuum artifices creberrimi, causa sit ea, quam diximus, mirari quis possit, quum ejusmodi hiatus admissos videat passim, licet exempla illis longe pauciora sint, sequente praepositione in anastrophe posita. In talibus enim, dum hiatus syllabas sejungit, anastrophe easdem conjungi jubet. Neo tamen propterea ejusmodi loca pro vitiosis habenda sunt, neo poëtarum negligentiae tribui debent. Si enim praepositio pertinet ad eam vocem, quae praecedat, illa et sensu et pronuntiatione ita cum praee-

dente copulatur, ut ambae pro uno habendae sint vocabulo, in quo vocalium concursus non est molestior, quam in verbis αἰών, οὐών, οἰόμας, ἡϊών, ἡϊόνιος, αἰών, et innumeris aliis. Ut igitur apud *Apollonium Rhodium* L. I. 285. bene legitur, ὧ ἐπὶ πολλήν. Ib. 286, ὧ ἐπὶ μούνῃ. Ib. 1234, ῥόῳ ἐνι. sic etiam ap. *Alcae. Mess.* Cap. VII. nr. 1. Ἴψ ἐνι. ap. *Crinagor.* VII. nr. 683. μόρῳ ἐπὶ. IX. nr. 362. ὧ ἐπὶ. XIV. nr. 135. μοίρῃ ἐνι. ap. *Niciam* in *Planud.* nr. 188, ὧ ἐπὶ παῖδες. In *Append.* nr. 111, νοῦ ἄπο. Ejusdem generis est hiatus, quem articulus facit cum nomine suo, ut VII. nr. 519. *Callimach.* τᾷ ἐτέρῳ κλαύσαντες ἐθάπτομεν. Ib. nr. 663. *Leonidas:* Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ. Ubi vero articulum praecedat vocalis longa, ut ap. *Pallad.* X. nr. 53. πτεῖνεν ἄν, εἰ ὁ Κρόνος, ibi non alia excusatione utendum videtur, quam arctae articuli cum nomine conjunctionis, qua caesura juvatur, hiatus mollitur. Exempli tamen hujus generis paucissima sunt; in *Anthologia* fortasse praeter id, quod laudavimus, nullum. Frequentiora sunt exempla articuli brevis ὁ et τὸ hiatum facientis, ut τὸ ἔθος et similia; cuius generis loca ex *Anthologia* laudavimus ad *Cap. VI.* nr. 79. p. 140.

Proximum locum tenent hiatus ii, qui distinctione, caesuram juvante, molliuntur. Hi tamen in epigrammatis sunt paucissimi. *) *Sio Leonidas* VII. nr. 736. μὴ φθείρεν, ἄνθρωπε. *Strato* XII. nr. 246. τοὶ μὲν ἀποστείχει, ὁ δ' ἀπέρχεται. *Zosimus* IX. nr. 40. ἀλλὰ καὶ

*) Frequentiores sunt hiatus hujus generis in iis *Anthologiae* poematis, quae solis heroicis constant versibus, in *Oraculis*, *Inscriptionibus*. Sic in *Inscriptionibus* *Triopeis*, quas dedimus in *Appendice* nr. 50 et 51, p. 772. in centum fere versibus numeravi sedecim. Qua re infirmari quis existimaverit conjecturam *Ennii Quirini Visconti*, viri eruditissimi, has inscriptiones referentis ad *Marcellum Sidetam*, in cuius fragmentis aliis hujusmodi hiatuum exempla sane quam paucissima. Sed potuit hic in his *Inscriptionibus* antiquitatis quandam speciem sectari, ut certo in verbis ipsis gravitatem aucupatus est, quam longarum vocalium concursus non parum adjuvat. Et *Herodis* etiam, in cuius gratiam illas *Inscriptiones* composuit, peculiari antiqui sermonis studio et amori non nihil induluisse videri potest.

ἐκ πόντον, ὅπότ' ἔσχισε νῆα θάλασσα. *) *Julian. Aeg.* IX. nr. 798.
ἐκ φύσειως τέχνη· οὐ γὰρ φύσιν εἴρετο τέχνη. *Incert.* XI. nr. 298.
ἡ δὲ γυνή, ἅτε πᾶσα γυνή.

Cum hoc genere jungamus illud, cui necessitas originem dedisse videtur, in propriis illud nominibus maxime obvium, praesertim longiore vocabulo praecedente. Utrumque hoc excusationi est hiatui ap. *Incert.* IX. nr. 523. *Καλλιόπη πολίμυθε μελίσσοβότου Ἑλικῶνος.* in quo nomine hiatus etiam admissus a *Dioscoride* VII. nr. 407. ἡ Ἑλικῶν εὐκισσοῦ. ab *Arato* Phaen. v. 216. καθ' ὑψηλοῦ Ἑλικῶνος. 218. οὐ γὰρ πω Ἑλικῶν ἄκρος κατελείβετο πηγαῖς. *Theocrit.* Eid. XXV. 209. τὸ μὲν αὐτὸς ὑπὸ ζαθέφ' Ἑλικῶνι Εἰρών. quibus omnibus praevit *Hesiodus* Theog. v. 7. ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροῦς ἐνεποιήσαντο. — Ejusdem est generis in *Peplo Aristotelis* T. II. p. 751. v. 19. Ἀτρεΐδew Ἀγαμέμνονος. par illud *Homerico* Πηληϊάδew Ἀχιλλῆος, et Od. μ. 378. Λαερτιάδew Ὀδυσῆος. et illud ipsum Ἰλ. β. 185. λ. 231. In eodem *Peplo* v. 41. νῖόν ὑπερθύμουν Ἀνδραίμονος. simile *Homerico* ἀντιθέου Ὀδυσῆος. Od. v. 369. φ. 254. Hujus generis est ap. *Magnum Medicum* in *Planud.* nr. 270. μέλαθρα πολικλαύτου Ἀχέροντος. ut *Apollon. Rhod.* I. 644. ἀποιοχόμενον Ἀχέροντος. *Theocrit.* Eid. XVI. 31. μύρηαι ἐπὶ ψυχροῦ Ἀχέροντος. Ib. v. 41. σχεδὶαν στεινοῦ Ἀχέροντος. Adde his *Crinagoram* X. nr. 24. φρήν ἱερὴν μεγάλην Ἐννοσίχθονος. *Alcae. Mess.* VII. nr. 1. νήσων πόντῳ Ἴος. *Incert.* XIV. nr. 24. παιδοφόνου Ἐκάβης. *Append.* nr. 182. Εὐρυδίκη Ἱεραπολιήτης. ut *Apollon. Rhod.* L. I. 1109. λυσάμενοι Ἱερῆς. *Locus Lucillii* XI. nr. 107. κεῖται δ' ἡ Τίτυϊ ἐναλίγκιος — ad aliud genus pertinet, quod paulo ante commemoravimus. Quae supersunt exempla, ea etiam distinctio juvat. *Dioscorid.* VII. nr. 407. ἡ Κινύρειω νέον ἔρνος ὀδυρομένη, Ἀφροδίτῃ... *Antip. Thess.* IX. nr. 26. Πράξιλλαν, Μοιρώ, Ἀνύτης στόμα. In versu *Incert.* IX. nr. 511. δαιδάλλειν ἀγανοφροῦ σύνῃ, ἐτέλεσσα δὲ χαίρων, qui est in tristico heroico, hiatus et longitudine vocabuli et distinctione excusatur.

*) Non infrequentes hiatus ante ὅτε et ὅποτε. ut *Apoll. Rh.* L. I. 652. δαίματι λειγαλέφ, ὅποτε Θρηῖκες ἴασι. *Aratus* v. 292. νότοι, ὅπότ' αἰγοπερῆ. 569. ἀφαιρότατοι, ὅτε Καρκίνος. 700. Κεντῶρῳ ὀπότ'.

Ultimo loco reservavimus hiatus illos, quos *Homeri* exemplum, heroicorumque poetarum, qui ab *Homero* pendent, auctoritas tuetur. Cujus generis est locus, qui huic disputationi occasionem dedit, *Antipatri* IX. nr. 10. οἴπω δ' ἦν πέτρῃ ἱκελος χροά. ad quem in *Notis* p. 453. loca HomERICA excitavi. Sed hujus quoque generis exempla in epigrammatis paucissima sunt. Quaedam in particula disjunctiva ἢ (quo hiatu etiam *Callimachus*, *Aratus*, *Apollonius* usi sunt saepissime), ut *Crinagor.* IX. nr. 516. ἢ ἀγαθόν. (*Theogn.* v. 957. ἀπ' ἐμεῦ ἀγαθόν. *Ib.* 1055. σὺ ἀγαθῷ τε νόῳ. *Solon.* *Fragm.* XIII. 1. πλουτοῦσι κακοί, ἀγαθοί.) *Zonas* IX. nr. 226. ἢ ἰόν, ἢ μάλων. In nonnullis particulam disjunctivam excipit praepositio, ut ap. *Crinagor.* VII. nr. 645. ἢ ἐπὶ Νεῖλῳ. ubi *Brunckius*, ἢ ῥ' ἐπὶ Νεῖλῳ. Interposita littera nunc necessaria non videtur. *Antipater* IX. nr. 143. ἐγὼ δὲ σοὶ ἢ ἐν ἔρωτι. *Cyrus* IX. nr. 136. ἢ ὑπὸ πέτρης. (Sic etiam *Aratus* *Phaenom.* v. 713. ἢ ἐπὶ ταίρω. *Callimach.* H. in Del. 94. ἢ ἀπὸ δάφνης. *Ib.* 114. ἢ ἐπ' ἐμέϊο. *Lav. Pallad.* 47. ἢ ἐς Ἀμυμῶνιν.) Ex eodem genere haec sunt: *Incert.* I. nr. 100. ῥόος χθόνα οἶδε ποτιζέιν. et in *Append.* nr. 317. εὖ εἰδώς. *Callimach.* VII. nr. 519. Αἰμίονα τίς δ' εὖ οἶδε. (ut *Theognis* 375. εὖ οἶσθα.) *Crinagor.* IX. nr. 81. μὴ εἶπης. *Thymocles* XII. nr. 32. ὅτε σοι (sic cum *Schaefero*) ἔπος ἱερὸν εἶπον. (Cf. *Spitzner.* de versu Gr. her. p. 124.) *Pallad.* IX. nr. 174. μισθὸν ὅλον ἔτεος. ut *Homer.* *Od.* τ. 484. εἰκοστῷ ἔττι. *Apollon.* *Rhod.* I. 688. τελλομένου ἔτεος. Huc fortasse retuleris etiam VII. nr. 665. *Leonid.* v. 3. ὥσας καὶ Πρύμαχον πνοιῇ ἄμα. (*Od.* κ. 208. βῆ δ' ἵεναι, ἄμα τώγε. *Ib.* τ. 376. τῷ σε πόδας νίψω, ἄμα τ' ἀντής. *Apoll.* *Rhod.* III. 916. ἦγε διὰ πεδίου ἄμα δὲ σφισιν. quae tamen omnia nonnihil sunt diversa.)

* * *

Non abs re fuerit, pauca addidisse etiam de altero genere hiatus, quod nascitur ex concursu brevis vocalis cum alia aut brevi aut longa. In hoc quoque genere usus non nullam et auctoritatis vim fuisse, nunc satis constat, ita ut verba ap. *Flaccum* VII. nr. 650. (de quo loco minus recte statueram in *Praefat.* p. XXXVIII. not. 37.) φεῦγε θαλάσσια ἔργα, non magis tentanda sint, quam in *Append.* nr. 292. τὰ σ' ἀρήϊα ἔργα. et XII. nr. 209. καὶ τὰ πρὸ ἔργων. *Append.* nr. 141. ἐμὶ δὲ ἔργον. in christianis denique I. nr. 84. τελεσφόρα ἔργματα. Ejusdem generis est in *Append.* nr. 317. ὅσσα ἔοικε, et alia

quædam, de quibus in notis passim monuimus *). Sed de his et aliis hiatuum generibus satis tradiderunt viri doctissimi, *Hermannus, Spitznerus, Friedemannus, Gerhardus*, alii; nos de illo agamus, quod in epigrammatis fere solum dubitationem potest injicere, quippe a quo ne optimi quidem versuum artifices abstinuerunt, orto illo ex concursu brevis vocalis cum alia in fine ordinis, præsertim in fine quarti pedis hexametri collocata, plerumque sensu etiam cum voce finito **). Sic enim, voce simul cum sensu inhibita, pausa existit, qua hiatus offensio fere evanescit. At vel sic tamen poëtae epigrammatici raro hiatum admiserunt, nisi in nomine proprio, aut in vocabulo polysyllabo i. e. eo, quod quatuor saltem syllabis constat, aut cum præpositione conjunctum est, quæ syllabæ defectum explet. Nomen proprium est in his: VII. nr. 662. *Leonidas*: αἶ, αἶ λυγρὰ παθοῦσα, Περικτερί, ὡς ἐν ἐτοίμῳ. VII. nr. 250. *Erycius*: αὐτὰ τοι φονίαν, Λαμάρτε, αὐτίκα λόγχαν. ***). Longiora autem vocabula in his: VI. nr. 264. *Mnasalcas*: ἀνθρὶ κορυσσαμένα σὺν ἀριστῇ, ὅς μ' ἀνέθηνεν. IX. nr. 240. *Philippus*: ζῶην

*) Iis vocabulis, quæ brevem vocalem præcedentem ferunt, annumerandum est ἦθος. *Hesiod.* Ὡ καὶ Ἡ. 697. ἵνα ἦθια κεδνὰ διδάξῃς. *Od.* ξ. 411. κατὰ ἦθια κοιμηθῆναι. unde fortasse defendas *Paul. Silent.* in *Ecphr.* S. *Soph.* II. 51. ἔνθα γὰρ ἀλλήλων ἀπενεύμενα, ἦθισι τέχνης. ubi hiatus tollendum existimat *Gerhard.* in *Lectt. Apollon.* p. 205.

**) Hujus generis est versus *Virgilii* *Aen.* I. 405. et vera incessu patuit dea: ille uti matrem... quem excitavit *Hermannus Elem. Doctr. Metr.* p. 63.

***) Sic etiam *Theognis* v. 993. (971) Εἰ θεῖης, Ἀκάδημε, ἐφίμερον ἔμνον ἀεΐδειν. Frequentius hic poëta hiatus in pausa admittit. Sic v. 831. (809) πίστει χρημάτων ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα. ubi frustra verborum transpositionem tentaveris. V. 1085. (1043) ubi *Cod. Mutin.* δῆμων ἀξιοὶ δὲ πολλὰ φέρειν βαρὺ· οὐ γὰρ ἐπίστη. *Welckerus* in *Fragm. Alcman.* p. 85. corrigere tentavit: Δῆμωναξ, σοὶ πολλὰ φέρειν βαρὺ. V. 1141. (1097) εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν γένος ἔφθιτο, οὐδὲ θίμιστας. V. 1195. (1147) μὴ τι θεοῖς ἐπιόρκον ἐκύμνυθι· οὐ γὰρ ἀνεκτόν. V. 1287. ἀλλὰ σ' ἐγὼ τρώσω, φεύγοντά με, ὅς ποτε φασίν.

νηπιάχῃ δ' ἐχαρίσατο· ἄρ' ἀπὸ "Ἡρῆς *). Ib. nr. 254. *Idem*: ἀλλο-
 τρίαῖς ὠδίσιν ἐφώρμισα· ἥ γὰρ ἐώλπειν. ubi conjecturam in margine
 propositam rectius repudiavi in Notis. VII. nr. 681. *Palladas*: Γέσσις,
 Μοιράων τροχαλώτερος· ἐκ προκοπῆς γὰρ... XI. nr. 279. *Lucillius*:
 οὐδεὶς γραμματικῶν δύναται ποτε ἄρτιος εἶναι, ubi δύναται ποτε pro
 vocabulo quinquesyllabo habendum. Lectio tamen minus certa, quum
 ἄρτιος in membranis desideretur. XI. nr. 400. *Lucianus*: Ἰλαθι,
 Γραμματικῇ, φουίξοις, Ἰλαθι λιμοῦ... IX. nr. 512. *Incertus*: κοιρά-
 νου Ἀύσονιοισι διδάσκαλε, Ἰλαος εἴης. In Planud. nr. 121. αὐτὸν
 Ἀλέξανδρον τεκμαίρο· ὥδε τὰ κείνου... His exemplis adungere non
 dubito verum *Posidippi*, aut *Asclepiadis* V. nr. 209. quem me recte
 refinxisse existimo: Σῆ, Παφίη Κυθέρεια, παρ' ἡόνι εἶδε Κλέανδρος
 Νικοῦν. cui hiatus favet etiam usus homericus, de quo vid. *Spitzner*.
 de vers. Gr. her. p. 130. Breviorum vocabulorum hiatum facientium
 exempla haec inveni; IX. nr. 17. *Germanicus*: ἐκ πυρός, ὡς αἶνος,
 πίσεις εἰς φλόγα· ἥ ῥά σε θάμνω... ubi V. D. φλόγας legendum
 suspicatur; fortasse citra necessitatem. IX. nr. 775. *Glaucus*: Ἡ Βάκχη
 Κρονίδην Σάτυρον θέτο· εἰς δὲ χορείαν. XI. nr. 424. *Piso*: Γαίης
 ἐκ Γαλατῶν μηδ' ἄνθεα· ἥς ἀπὸ κόλπων. IX. nr. 384. v. 21. εἴ τοι
 Ἀθηναίης πέλει ἔρνεα, ὥριον ἦδη. Appendix nr. 215. *Incertus*: οἶος
 ἔφνε πρᾶπιδας, οἶος χρῶα, οἶος ἰούλους. Quae omnia sunt recen-
 tioris commatis. **)

*) In hoc versu legendum suspicabar: καὶ γὰρ ἀφ' "Ἡρῆς... Prior
 hiatus nihil habet offensionis, recteque monuit *Hermann*. ad Or-
 pheum p. 741. tertiam personam verbi passivi hiatum facere ap.
 Homerum. Cf. *Theocrit*. Eid. II. 154. Eid. XIX. 5. *Bion*.
 Eid. I. 26. στάθεα δ' ἐκ μηρῶν φοινίσσεται· οἱ δ' ὑπομαζοί...
 Sed ἀπὸ "Ἡρῆς in *Philippi* epigr. vix feras. Cf. *Hermann*. ad
 Orph. p. 735. *Spitzner*. de versu Gr. her. p. 129. Suspiciari
 possis, legendum esse: ἥ ῥ' ἀπὸ πείρης

Ἡρακλῆος βρεφίων ὤκτισεν ἡλικίην.

sed "Ἡρῆς commemorationem obliterari nolim.

**) Apud *Theocritum*, quo nemo frequentius inter vetustiores rhythmo
 bucolico usus est, in tanto numero versuum, qui pausam habent
 in fine quarti pedis, mireris sane vix quinque aut sex hiatuum in
 illa sede exempla reperiri. Unum horum Eid. XIX. 8. καὶ τριθῶς

Ut autem hos genus hiatus, qui in quarti pedis terminatione occurrit, *Homerum* auctorem habuit, (vid. *Heyn. Exc. ad 'Il.* XV. T. VII. p. 136.) ita, eodem auctore, praestantissimi versuum artifices hiatum admiserunt in medio tertio pede, in caesura trochaica. Verum et hujus generis in epigrammatis exempla sunt admodum pauca. Sic *Plato* Cap. VII. nr. 265. ναυηγοῦ τάφος εἰμί· ὁ δ' ἀντίον ἐστὶ γεωργοῦ. ubi in *Notis* p. 281. hiatum conatus sum tollere, ratione satis leni, sed fortasse inutili. Similiter certe *Theocritus*, qui majore tamen in heroicis utebatur licentia, *Eid.* XXII. 116. εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἐτέρων ὑποφύτης. Idem *Eid.* XXIV. 71. τοῖς ἔλεγεν βασιλεῦ· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίως. et, quod paulo est durius, *Eid.* XIII. 24. αἰετὸς ὡς μέγα λαῖτμα, ἀφ' ᾧ τότε χοιράδες ἔσαν. ubi eodem sensu potuisset scribere: λαῖτμ', ἐξ ᾧ. Ad *Anthologiam* revertor. Legitur ibi X. nr. 5. in epigr. *Thyillii*, σχοίνους μηρύεσθε· ἐφ' ὀλκάδα φορτίξεσθα. fortasse recte. Si tamen *Cod.* offerret, quod in *Notis* conjeci: σχοίνους μηρύεσθ'· ἐπὶ θ' ὀλκάδα... id lubens amplecterer. *)

μὲν ἔης, τὰ δὲ τραύματα ἄλκινα ποιεῖς. sustulit *R. Porson*, ταλίνα legens, ap. *Gaisford* in *Poet. Minor.* T. II. p. 148. Caeterum in exemplis, quae hactenus ex *Anthologia* attulimus, omnibus sensus simul cum vocabulo, quod hiatum facit, terminatur. Ejus generis, ubi praepositio, ad nomen in quinto pede positum pertinens, quartum pedem finiat ante vocalem, unum hoc in *Anthologia* inveni exemplum in *Append.* nr. 275. οὐνεκεν οὐκ ἐφθην χλαῖναν περὶ αὐχένι θύεσθαι. Sed sic etiam *Theocritus* *Eid.* XXIV. 22. Ἀλκμήνας φίλα τέκνα· φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη. et *Eid.* XXV. 45. εἰ δ' ὁ μὲν ἄρ' κατὰ ἄστυ μένει παρὰ οἴσι πολίταις. (ut ap. *Homer.* *Od.* α. 119. καὶ μετὰ οἴσι φίλοισι. quemadmodum etiam in altero exemplo hiatus *Homeri* auctoritate defenditur.) et *Apollon.* *Rhod.* L. IV. 1479. τοῖς ἰδέειν, ὡς τίς τε νῆψ ἐνὶ ἡματι μνήμην. Apud *Hesiodum* autem *Theog.* v. 727. recte emendasse videtur *Heynius*: τριστοιχὲ ἀέχεται θειρὴν πέρι· αὐτὰρ ὕπερθεν. Caeterum praepositio haud raro quartum pedem terminat, sine hiatu tamen, apud optimos quosque poetas, apud nullum fortasse frequentius, quam apud *Nonnum*.

*) Sic etiam *Apollon.* *Rhod.* L. II. 338. ἄφορροὶ στέλλεσθε· ἐπεὶ... Ibi editio *Flor.* στέλλεσθαι, probante *Brunckio* in *Addendis* ad

Recentioris commatis hæc sunt: IX. nr. 607. αἱ Χάριτες λούσαντο· ἀμειψάμεναι δὲ λοετρὸν. Ib. nr. 384. in Mensibus Romanis v. 9. οὔγεται ἄρτι θάλασσα· ἐφοπλίζετε δὲ νῆας. Append. nr. 70. βιβλοῖς ἐγκατέθεντο· ἀποσκόπιοι δ' ἀφάμαρτον. Hiatus in primo pede occurrentis nonnisi unum notavi exemplum. IX. nr. 70. *Mnasulcas*: παῦε, ἐπεὶ σε μένει καὶ κατόπιν δάκρυα. ubi *Planudes* παῦσαι habet. vid. Not. p. 467. unum etiam in secundo pede L. XIV. nr. 129. in problemate arithmetico, quod ex solis hexametris constat: τέμνων νῆϊ· ἄλδς πόσα λείπεται εἰς ἐτὶ μέτρα;

Verbum addam de hiatibus in caesura pentametri, de quibus, sicut etiam de brevibus in eadem pentametri parte syllabis, docte et accurate disputavit *Fr. Traug. Friedemannus* in peculiari libello, junctim edito cum *Fr. Spitzneri* Commentatione de versu Gr. heroico. Lipsiae. 1816. Post illos hiatus, qui aut Codicum ope, aut emendatione probabiliter sublatis sunt, parvus in epigrammatis superest numerus versuum, qui hiatu in caesura deformantur. *Nicarch.* XI. nr. 74. v. 1. ὅλως δ' ὃ λέγω, οὔ ποτ' ἐπαισθάνεται. Ib. nr. 151. καὶ πῶς; οὐ λαλεῖ· οὐδὲν ὁμοιότερον. *Amnian.* XI. nr. 15. ἤδη σοι προλέγω, Ὀριγένης λέγομαι. *Pallad.* XI. nr. 44. οὐκ ἐθέλω δόμεναι· οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι. *Sophron.* VII. nr. 679. v. 4. εὐγενέος Στεφάνου· ἦν δὲ νομεὺς Φαρίης. v. 8. οὐδ' ἐμοῦ ἐστὶ νόον, οὐδ' ἐτέρων στομάτων. ubi vereor, ne nimis calide emendaverim, κοῦδ' ἐτέρων. *Incert.* VII. nr. 134. οὐκέτι χρημπομένη, οὔτ' ἀπομυσομένη. Ib. nr. 699. v. 8. πλώοιμι, στυγεροῦ ὄσσον ἀπ' Ἀΐδεω. In his omnibus hiatus distinctione mollitur. Caret hac excusatione versus in Mensibus Rom. IX. nr. 384. v. 6. ἰσὴ δ' εἰκοστῇ ἡματι νῦξ τελέθει. Ib. v. 8. ῥίζῃ ἐπ' ἀγροτέρῃ ἡμέραν ἀκρέμονα. Sed hæc prioribus illis etiam recentiora sunt, sicut etiam nonnulla in epigr. Byzantinis in aurigas, epigrammatis christianis et Inscriptionibus, ab imperitis plerumque versificatoribus profecta, quæ collegi in his Addend. ad VII. nr. 679. Quare fortasse nec apud *Barbucallum* IX. nr. 425. movenda suspicio de sinceritate lectionis: ἄμμιγα νεκροῖς Ἐνναέτις κεῖμαι ἢ παναποτομάτα. quamvis causa

L. II. 324. „ut hiatus ingratus tollatur.“ In idem inciderat *G. Wakefield* Sylv. crit. T. III. Aliud remedium proposui in Not. p. 281. quod ipsum *Gerhardio* quoque in mentem venit in Lectionibus Apollon. p. 191.

non apparet, cur ille non maluerit scribere, hiatus vitato: ἄμμιγα
 πείμαι Νεκροῖς ἐνναίταις ἃ παν. Superest versus in disticho IX.
 nr. 35. quod membr. Palatinae ad *Antiphilum* referunt, *Planudes*
 fortasse rectius ad *Cyllenium*, recentioris aetatis hominem, ubi legitur:
 πόντος κῆν χέρσας εἰς ἐμὲ μηνάμενος.

* * *

Pag. XXXIV. l. 1. pro *lare videtur*, lege, syllabis, quae exciderunt,
 restitutis, *postulare videtur*.

Pag. XL. l. 4. pro ὄρεα scribe ὄρεα. De ὀ in membr. pro ὠ posito
 vid. Not. p. 454.

Pag. XLVIII. l. 8. pro, et sponte apparet, lege, et sponte intel-
 ligitur.

Pag. LIII. not. 53. de loco *Tullii Laureae* supra dixi. Nihil ibi mu-
 tandum esse, monui etiam in Notis p. 287. s. vera tamen hiatus in
 eo causa non allata,

Ad Caput primum.

Nr. 10. v. 68. λίνα codicis quomodo servari possit, quod existi-
 mat cl. *Paulssen*, equidem non video. De δήνεα iis, quae in Notis
 conguessi, adde: *Hesiod.* Theog. v. 236. δίκαια καὶ ἤπια δήνεα οἶδεν.
Stel. Athlet. VIII. τίς ἐνθάδε δήνεα τέχνης Τεύξει. *Theogn.* v. 221.
 ὅστις τοι δοκέει ... αὐτὸς μούνος ποικίλα δήνε' ἔχειν. *Coluthus* v. 61.
 ἐφράσσατο δήνεα μόχθων. *Theodor. Prodrom.* Poëma editum ex Cod.
 Vatic. in *Notices des Msc.* T. VIII. p. 195. ἔρρετ' Ἀριατοτίλους πα-
 λυμήχανα δήνεα τέχνης.

Nr. 11. Haec verba in quatuor senarios digerenda, quod fecit
Friedemannus in *Commentat. de Med. Syll. Pent.* p. 331. De ἀναρ-
 γύροις conf. *Suicer.* Thesaur. Eccl. T. I. p. 298. *DuCang.* Gloss. gr.
 T. I. p. 71. *Villois.* Prolegg. ad *Homer.* p. XLVIII.

Nr. 12. v. 10. Hoc poëmation cum sequente disticho cohaesisse
 mihi persuadere nequeo. Pro ἐς δ' ἐμὸν ἔργον suspicari quis possit,
 αἰσιμον ἔργον, prius opus. *Homer.* Od. ξ. 84. ἀλλὰ δίκην τίονει
 καὶ αἰσιμα ἔργ' ἀνθρώπων. *Aeschyl.* Agam. 775. Δίκα δὲ λάμπει
 μὲν ἐν δυσκάπνοισι δόμοις, τὸν δ' ἐναῖσιμον τίει βίον. *Hesych.* αἰσι-
 μον ... ἀγαθόν, συμφέρον. *Anecd. Bekkeri* T. I. p. 359. αἰσιμα,

τὰ προσήκοντα . . . ἐντοτε δὲ τὰ καθήκοντα ἢ τὰ ἀγαθὰ. Sed quum obscurum sit, in membranis ἐς δ' legatur, an ὡδ', temerarium sit, de lectione mutili loci statuere.

Nr. 13 et 14. Haec duo disticha fortasse jungenda.

Nr. 34. v. 4. κρείσσονι. Scribe κρείσσονι. ut est in Cod. Pal. et in Ap. Goth.

Nr. 47. Scr. εἰς τὴν βάπτισιν, et iterum Nr. 48. εἰς τὴν μεταμ.

Nr. 60. v. 1. Scr. Μωσῆς. nominativus pro vocativo. In Ap. nostro habetur Μωσῆ.

Nr. 65. v. 2. θυσίαν vitium typographicum pro θυσίην.

Nr. 83. Una voce transposita rhythmum hujus versus restitues: θαύματα γράψε θεοῦ σαρκώσιος ἔξοχα πάντα. neque tamen sic ab auctore scriptum esse affirmaverim.

Nr. 99. v. 5. λιμὴ δ' ἀμβροστῆ. ἡ λιμός reperiri jam in Hymno Homérico in Cerer. v. 312. monuit *Spitznerus* de versu gr. her. p. 74. Non itaque apud Dorienses tantum femininum in usu fuit, ut dicit *Etymol. M.* p. 513. 10. ed. Lips.

Nr. 116. v. 3. *Paulssenii* nota non ad h. l. pertinet, sed procul dubio ad nr. 117. v. 2.

Nr. 118. v. 1. Scr. τῶν παθῶν. Negligentiae crimen, quo cl. P. *Spalettum* incusat, meum est. Serius animadverteram errorem calami, de quo nec sensus legentem adverterat, nec metrum. V. 3. repone προσφόρως ex Codice.

Nr. 121. v. 4. πλάκας . . θεογράφους. Iis, quae in Notis attuli, adjice *Gregor. Naz. Or. III. Opp. T. I. p. 99. D. οὐ καὶ πλαξὶ θεοχαράκτοις ἐγγραφῆναι τὸν νόμον παρὰ θεοῦ πιστεύουσι. Theodor. Prodrom. Or. edita in Notit. Msc. Bibl. Paris. Tom. VI. p. 561. πλάκας θεῶ γεγραμμένας, καὶ τὰ ἐκείνου νόμιμα. Suidas T. III. p. 122. πλαξίν. ὅτι ἐν ταῖς θεογραφοῖς πλαξίν ταῦτα ἦν γεγραμμένα.*

Nr. 123. v. 3. ἑμνοπολοῦσιν. In fine epigrammatum semper addidi litteram paragodicam, etiamsi a Cod. abesset. Vid. Praefat. ad Tom. I. p. XXXI. not. 30.

Ad Caput secundum.

Christodori Ecphrasis v. 72. ἐστῆκε. Hanc formam in homerica poësi unice probabat *Aristarchus*. Vid. *Heyn.* ad 'Il. T. IV. p. 624.

Tom. V. p. 267. Recentiores εἰστίμει scripsisse contendit *Gerhardius* in Lectt. Apoll. p. 96. idque ipsum *Christodoro* v. 561. restituendum existimat. Ap. *Tryphiodorum* utraque forma occurrit. Vid. *Schaefer*. ad v. 162. — V. 110. ῥαθάμειγος. Pal. et Ap. Goth. ῥαθάμειγας sensu postulante Plan. — V. 117. Scr. ὅτι καί. pro vitio typographico ὅτι. — V. 199. κρήδεμον. Corrige κρήδεμνον. V. 318. τύπερ ᾤκεεν. *Philostat.* Imagg. L. II. 23. p. 849. τὴν Ἐριννὺν δὲ οὐκ ἂν ἴδοις. αὐτὸν γὰρ ἐσεκίσατο τὸν Ἡρακλῆν, καὶ διὰ τοῦ στέρνον χορεύει μέσφ αὐτῷ. — V. 393. Ἀλκμάων. *Athen.* L. IV. pag. 140. C. Ἄϊκλον Ἀλκμάων ἀρμόξατο. V. 410. In textu Ap. Gothani scriptum καθαλίμη, prius autem ā oblitteratum littera ū alio atramento scripta. In marg. *Spalettus* monuit, in Cod. legi καθαλίμη, ap. *Brunckium* καθαλίμη. cui notae cl. *Uhdén* addidit, ā codicis correctum et καθαλίμη emendatum esse. Haec monenda duxi, ne bono *Spalettio*, ob meam fortasse culpam aliquam, injuria fiat. Ipse autem in re manifestissima verbis peperci in Notis. In qua re si erravi, meus est error, quem aliorum existimationi obesse nolo.

Ad Caput tertium.

Nr. 2. ὄφρα μιν ᾧψ ἀνάγω ἐς πέδον Ἀρκαδίης. Verbis transpositis scribendum censet *Graefius* in Epist. crit. de Bucol. gr. p. 104. ὄφρα μιν Ἀρκαδίης ἐς πέδον ᾧψ ἀγάγω. In eadem tamen sede imperitissimus versificator concursum vocalium admisit Nr. 10. vers. 2. Nr. 14. v. 4.

Nr. 3. v. 1. ξύνεινον. Idem V. D. nobiscum corrigit ξυνόμενον.

Nr. 5. v. 2. λέκτρα θέλων μίαναι. *Graefius* l. c. corrigit, μιᾶν ἐθέλων. aut (p. 125.) θέλων μιανεῖν. At qui non dubitavit ὦ corriperere in *Βοιωτίης* nr. 16. v. 4. et in *Ῥωμύλον* nr. 19. v. 2. nec mediam in εἶασε nr. 14. v. 4. cur non idem sibi licere putaverit in μίαναι? Hujus licentiae exemplum in Notis attuli in eodem vocabulo et in similibus.

Nr. 6. v. 1. γηγενέα πυθῶνα μεμιγμένον ἐρπετὸν ὄλκοις. *Graefius* p. 103. legendum suspicatur: γηγενέα πυθῶν', ἀνελιγμένον ἐρπετὸν ὄλκοις. aut γηγενέσιν ὄλκοις. aut denique, γηγενέων πυθῶνα, μεμιγμένον ἐρπετὸν ὄλκοις. hoc sensu: *Python*, cujus forma e serpentibus terrae filiorum mixta et composita. Serpentes enim gigan-

tibus pedum erant loco. V. 5. correctionem nostram τόξῳ probat Chardon Mélanges T. II. p. 285. V. 5. 6. verba sic jungit idem: ἐξαποπνεύσει δὲ ὀδυρόμενος ῥοῖζον πικρὸν δρυκόντοιν. Il n'occupera donc plus à Delphes le trépied prophétique; mais il poussera (en expirant) des sifflemens lamentables. Graefius autem existimat corrigendum esse: Δελφὸν δ' αὖ θήσει τρίπον ἐνθρον· ἐκ δὲ δράκων οἱ Πικρὸν ἀποπνεύσει ῥοῖζον, ὀδυρόμενος. „necessarius nominativus δράκων; additum οἱ ad Apollinem, cui expirat Python, referendum.“

Nr. 7. v. 4. ἰκέτης. ἰκέτις mecum scribendum esse, non dubitabat Chardon l. c. p. 289. Codicis lectionem tueri conatur Friedemann de Med. Syll. Pent. p. 353. quia προστάτης quoque interdum occurrit pro προστάτις. Alia quaedam exempla vide ap. Lobekium ad Sophocl. Aj. p. 273. a nostro tamen nonnihil discrepantia. Me in hoc versificatore brevis syllaba in caesura non offendit. Quare ἰκέτις etiamnum verum puto.

Nr. 9. Hoc epigramma Graefius l. c. sic restituendum arbitratur:

Μὴ τρέμε τρηχέϊσαν ἐπὶ σπείρησι Σιδηροῦς,

Σαλμωνεῖ γανέτη τῷδ' ὑποτασσομένη·

οὐδ' ὅτι γὰρ δουλώσει ἐν ἔρκεισιν, ἐγγύθι λεύσσω

Νηλεῖα καὶ Ησλίαν τοῦσδε καθεζομένους.

„Poëta alloquitur Tyronem, Salmoneī filiam. Si μητέρα ab initio servandum, tentaverim: τρηχέϊσαις ἴδετ' ἐν σπείρησι Σιδηροῦς. et v. 3. οὐτε ἔ γάρ. ut verba dicantur ad Tyronis filios, quorum nomina versu ult. cum emphasi posita.“

Nr. 10. v. 3. Idem vir doctus conjicit: ἦμος ἄρ' εἶθαρ. Hoc certe a lectione Cod. ἀφουῖθαρ proxime abest. Nec male fortasse legeris: ἦμος ὀρούσας Ἰδρος... V. 5. Graefius aut nostram correctionem probandam esse censet, λιπὸν Ἀσωπίδας, Εὐνὸ, ἀρούρας. aut, suppresso Ennoi nomine, scribendum: Ἀσωπίδος αἶαν ἀρούρας, aut etiam: Ἀσωπίδος ἔδρανα κούρας.

Nr. 82. v. 1. Χάρμος. Etiam Κάδμος reperiri, monet Schol. *Welsh.* p. 183.

Nr. 114. v. 4. τὰμὰ δὲ σύντομά σοι. Fortasse legendum: τὰμ' ἰδὲ σύντομά σοι.

Nr. 131. v. 1. ὅτε πάντ' ἐγενήθη. Fortasse πάντ' ἀπεπνίχθη. quum omnia undis mersa necarentur. *Batrachom.* v. 118. τοῦτον ἀπέπνιξε Φυσίγναθος, εἰς βυθὸν ἄξας. Ib. v. 232. ἐν λίμνῃ δ' ἀπέπνιξε. *Xenoph.* *Anab.* V. 7. 25. συνεισέπυσον (εἰς τὴν θάλασσαν) καὶ ἡμῶν αὐτῶν τινες, καὶ ἐπνίγετο, ὅστις μὴ ἐτύγχανεν ἐπιστάμενος νῆιν.

Nr. 137. v. 6. μακράν pro trochaeo est iterum Cap. XIV. nr. 15.

ubi membr. *πυρρίχιον τέλος ἐστίν ὅς οἶδεν μακρὰν ἐν ἀρχῇ*. sed hic locus verborum transpositione emendari potest. In nostro autem versu recte me scripsisse existimō *ἐνθεν μάκρ', ἄρας* ... Cap. IX. nr. 252. *μακρὰ γεφυρώθη δὲ λύκοις βυθός*. Cap. XII. nr. 122. *νέον οἶδεν ὁ παῖς μακρὰ κεραινοβολεῖν*. Moschus Eid. I. 13. *μικκύλα μὲν τήνῃ τὰ χειρὸδμία, μακρὰ δὲ βάλλει*. De adverbio autem cum verbo substantivo vid. Heusd. Specim. crit. in Platon. p. 6. Schaefer. ad Dion. Hal. p. 76. Bast. ad Gregor. Cor. p. 83.

Nr. 145. [Not. p. 685. l. 15. *depravata*. Scr. *depravatas*.]

Nr. 146. v. 2. etiam *πεντεδικασίους* legi, monet Schol. Wechel. pag. 247.

Nr. 153. v. 3. corrige *παραρπάξης*.

Nr. 155. v. 2. *κακοστομάχων*. Conjeci in marg. *κακοστομάτων*, de cuius vocabuli sinceritate ne quis dubitet, quum *κακόστομος* dici soleat, duplex haec forma in plurimis huius generis compositis reperitur. Sic a *σῶμα* habetur *εὐσωμος*, *εὐσώματος*, *τρίσωμος* et *τρισώματος*; a *οπέρμα*, *ἀγγειόσπερμος*, *ἀγγειοσπέρματος*, *γυμνόσπερμος* et *γυμνοσπέρματος*, *κακόςπερμος* et *μικροσπέρματος*; ab *αἷμα*, *ἀναιμος* et *ἀναίματος*, *πολύαιμος* et *πολυαίματος*; a *γόνυ*, *βαρίγυννος* et *βαρυνγόνυτος*. Huc faciunt etiam composita *ἀχρήματος*, *ἀνόμεματος*, *ἀσχήματος*.

Nr. 171. v. 7. *κεῖτο δ' οὐδὲν ἔχων*. Fortasse: *κεῖται δ' οὐδὲν ἔχων*. In praecedenti enim versu, qui periiit, verbum praesentis temporis esse potuit: *οἱ δὲ τὰ κείνου χρήματ' ἔχουσι*.

Nr. 186. Laudat hoc distichon Theodorus Prodrom. in Epistola ex Cod. Vatic. edita in Notitia Mss. Codd. Bibl. Paris. T. VI. p. 552. ubi v. 1. *εἰ δὲ ποτ' ἄσει Δημόφιλος*.

Nr. 191. v. 2. *ἔχεις*. Plan. Br. *ἔχει*. Pal. V. 4. *ἢ τὰ κάτωθεν τῶν γονάτων*. Suspecta lectio. Fortasse: *τῶν γναθμῶν. partes infra maxillas*. ad has enim, genis dissectis, carnifici illi transeundum erat.

Nr. 196. v. 5. In lectione membr. *εἰ δὲ λέγεις μισεῖς με*. vide an lateat, *εἰ μάλα τις μισεῖ με*. Certo *λατис* et *λεγεις* in membr. non multum inter se discrepant.

Nr. 210. v. 1. *παραβύεται. παραβαίνεται* aut *παραμείβεται* legendum suspicatur Schol. ed. Wechel. p. 202.

Nr. 237. v. 2. *κάτθανε γενομένη αἵματος ἰοβύλου*. Fortasse *φλέγματος*.

Nr. 238. Duo priora disticha excitat Io. Laurentius de Magistr. Rom. L. III. 57. p. 252. ubi Cod. ex quo Fussius hunc librum edi-

dit: *δράζονται μέγας ἀπημεις ὃ ἡρατό τις ὄρας φανλ' ἐπιφανλο-
τέρας.* unde cl. editor fecit: *Δή ῥα τὸτ' εἰς ὥρας φανλεπιφανλότεροι.*
eamque lectionem ea, quae in Anthologia habetur, veriore existimat.

Nr. 269. v. 1. Idem versus est apud *Diogen. Laert.* L. VI. 2. 6.
*ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς Καλλίνικος Ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσὶτω
κακόν.* quem locum verbis transpositis sanavit *Friedem.* de Med. Syll.
Pentam. p. 324.

Nr. 270. 271. Duo haec epigrammata junctim exhibet *Io. Lauren-
tius* l. c. p. 232. narrans ea a populo in hippodromo fuisse proposita,
quum Anastasio statua ferrea esset posita. Ibi legitur v. 2. *στήσαμεν
ὡς χαλκῆς οὖσαν ἀτιμοτέραν.* V. 3. *δὲ ὁλοῆς λοιμοῦ.* Cod. V. 4. *ἢ
πάντα φθειρίσει φιλοχρημοσύνη.* Corrigit cl. editor: *οἷς πάντα φθεί-
ρει σὴ φ.* V. 5. *γείτονα δὲ Σκύλλης ὁλοὴν ἀνέθεντο.* X. V. 6. *ὠμοστήν.*

Nr. 292. Ad *Themistium* auctorem hoc epigr. retulit *Theodorus
Hyrtaen.* in Epist. LXI. edita in Notit. Manuss. Bibl. Paris. T. VI.
p. 25. *Βι' ὃ οὖν, κατὰ χώραν μενῶ, τὴν τ' ἐμαυτοῦ πατῶν, καὶ νο-
σμῶν Σπάρταν, ἦν ἔλαχον· καὶ οὐκ ἂν εἴποιμι κατὰ Θεμιστίον· Ἡσθα
κάτω κρίσεις, ἀναβὰς δ' ἐγένου μέγα χεῖρων.*

Nr. 297. v. 4. *νῦν δ' ἴθι.* δ' accessit ex Plan.

Nr. 298. v. 5. De *λάγνος* vid. *Dracon.* de Metr. pag. 28, 25.
pag. 46, 19. Aliter, sed perperam, de eadem voce statuit Schol. ed.
Wechel. p. 108.

Nr. 304. v. 3. [Not. p. 706. l. 14. *οὐκ ἀναφαίνει.* P. Scr. Pl. Br.]

Nr. 308. „Tandem aliquando cl. Editor hanc nominis formam ad-
hibet, quae in ipso Cod. jam dudum invaluerat.“ *Paulssen* p. 73. *Λου-
κίλλου* in Cod. semper scribitur inde a nr. 68. *Λουκιλλίου* nr. 216.
(ubi ego τοῦ αὐτοῦ). Tum semper *Λουκίλλου* usque ad nr. 249. ubi
iterum *Λουκιλλίου*. Sed statim nr. 253. *Λουκίλλου*, et sic porro usque
ad nr. 264. ubi altera forma recurrit, sicut etiam nr. 294. 308. 388.
Haec omnia sunt exempla formae *Λουκιλλίου*, quam ipsam dedi nr. 308.
et 388. Tribus autem aliis locis, ubi eam exhibere potuissem, *Λου-
κίλλου* scripsi, ignoscendo errore, ut mihi quidem videtur. Quod ad
Leonidas nomen attinet, de quo *Paulssenius* h. l. monet, illud in Cod.
modo *Λεωνίδου*, modo *Λεωνίδα* scribitur, saepe etiam terminatio omis-
sa. Utraque forma bene habet.

Nr. 321. v. 1. *σῆτες ἀκανθῶν.* Iis, quae in Notis attuli, adde *Ci-
ceron.* de Fin. L. IV. 3. *Deinde ea, quae requirebant orationem
ornatam et gravem, quam magnifice sunt dicta ab illis! quam splen-*

dide! . . . *de omni virtute, nec more hominum acu spinas vellentium, ut Stoici, nec ossa nudantium, sed eorum, qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere.* ut hunc locum probabiliter restituit *Heinrichii* acumen ad *Ciceronis* *Orationum* partes ineditas p. 17.

Nr. 328. v. 7. ἐνθ' ἀκταὶ νεκύων καὶ ἐρμηνᾶϊοι ἡνεμόεντες Δι-
νεῦνται . . . Quum in toto hoc epigrammate *Nicarchus* παρωδὸν agat,
ei hoc quoque loco obversatum esse suspicor locum 'Il. χ. 145. οἱ δὲ
παρὰ σκοπιῇν καὶ ἐρινεὸν ἡνεμόεντα . . . κατ' ἀμαξίτον ἐσσεύοντο.
eumque scripsisse:

καὶ ἐρινεοὶ ἡνεμόεντες

κινεῦνται.

in qua parodia hoc respicere potuit auctor, quod ex illa parte agri
Trojani, ubi *caprificus* erat, maxima offerebatur moenia urbis incur-
sandi opportunitas. Cf. *Spohn* de Agro Trojano p. 18. s. Urbs etiam
commemoratur 'Ερινεὸς in versibus *Tyrtæi* ap. *Strabon.* Lib. VIII.
p. 562. T. III. p. 174. Οἷσιν ἅμα προλιπόντες 'Ερινεὸν ἡνεμόεν-
τα Εὐρεῖαν Πίλοπος νῆσον ἀφικόμεθα. quos si *Nicarchus* respexerit,
nequitia etiam magis obvia. Huc fortasse retuleris etiam lusum impu-
dicum in vocibus οὔκα, ἰσχᾶς et similibus ad nates translatis, de quo
lusu dixi in *Animadverss.* T. II. P. II. p. 187. Ne quem pluralis of-
fendat, conferatur *Eustath.* ad 'Il. p. 1361. 45. qui in loco Homérico
unam caprificum intelligi negans, ῥάχης δέ τις ἦν, inquit, ἐρινεοὺς ἔχουσα
ὑψηλὴ πρὸ τῆς Τροίας . . . περιεκτικὴ γοῦν τις . . . λέξις ὁ ἐρινεός.

Nr. 329. Καὶ σὺ ζῆς ἡμῖν. In prioribus verbis fortasse correxe-
ris: χῆδ' ὃν ζῆς. *suaviter vivis.* Sed vel sic desideratur nescio quid ad
hoc distichum cum praecedente vincendum.

Nr. 348. v. 2. παντολέτωρ. παντολέτωρ. Plan. Br. Restitue πα-
τρολέτωρ, quam praeclaram lectionem cl. *Paulssen* ex membranis eruit.
Sic hoc epigramma scriptum est non in homines universum, aliis ani-
malibus exosos, sed in *parricidas*. Ejusdem est analogiae compositum
παιδολέτωρ ap. *Aeschyl.* VII. c. Theb. 711. *Euripid.* Med. 1383.
Rhes. 545.

Nr. 362. v. 4. Vereor, ut recte scripserim, ἄλλαν, χῆν. Adver-
sativa particula omitti posse non videtur. Quamvis bene habeat ἐν μό-
νον, vide tamen, an in lectione membr. ἀλλαιχεν lateat:

ἀλλ' ἀρχὴν δρᾶμ' ἐδίδαξε μόνον.

unum omnino drama, nec aliud. ἀρχὴν etiam sine negatione usurpari,
constat. Vid. *Reiz.* ad *Viger.* p. 723. ed. Herm. sec.

Nr. 366. v. 2. ἀποθνήσκειν Plan. quoque habet.

Nr. 398. v. 3. In vulgata ἐβόησε non haesit *Wytttenbachius*, Vir Ill., ad *Plutarch.* T. XI. ubi hoc distichon sic vertit: *propterea tinctor exclamavit, ne amplius tonderet nec albam comam, nec nigram comam.* Equidem vulgatam vitiosam esse non dubito; nec facile reperiri possit, quod *Brunciana* correctione sit lenius.

Nr. 403. τέρπη δ' αὖ πλούτον πρὸς πόδας ἐρχομένη. Faceta est in his verbis ambiguitas, quum verba πρὸς πόδας ἐρχεσθαι etiam de servis usurpentur, qui heris accumbentibus ministrant. Supra nr. 11. σὺ τοὺς δούλους κατάκλινον, Ἡμεῖς δ' αὐτοῦ σοι (Scr. δ' αὖ τούτοις) πρὸς πόδας ἐρχόμεθα.

Nr. 408. v. 3. [Not. p. 726. l. 4. ab ult. ψιμυθίω. corrige ψιμύθω.]

Nr. 409. v. 3. εὐχαῖτα Διόνυσος. Hoc quoque loco *Passovius* malit, εὐχαῖτ' ὦ Διόνυσος. cf. Addenda ad Cap. VI. nr. 304. v. 1. — V. 6. νεκίων ψάμαθον. *Zonas* Cap. VII. nr. 365. de filio Cinyrae ad inferos delato, γυμνά δὲ θεῖναι Ἰχνα δειμαίνει ψάμμον ἐπ' ἥονήν.

Nr. 410. v. 1. βακτροπροσαίτου. ex Plan. Br. βάκτρον προσαίτου vitiose Pal. et nostrum quoque Apogr.

Nr. 413. v. 4. Verbum ἡδύσομον pro trisyllabo habendum censet *Hermann.* in *Elem. Doctr. Metr.* p. 53.

Nr. 417. v. 2. μῆλων. Plan. Br.

Ad Caput duodecimum.

Nr. 3. v. 3. *Piersoni* correctio, quam in notis probavi, eo laborat incommodo, quod sic hiatus oritur illius generis, quod *Strato* cum plurimis epigrammatum scriptoribus evitavit. Fortasse vitium non quaerendum in λάλον, quod vocabulum accipi potest de puero quadrimo aut quinque annorum, quae aetas amabili quadam loquacitate placet; eoque servato legi possit:

τὴν ἔτι μὲν γὰρ ἄδικτον ἀκμὴν λάλον ἐξονόμαζε
 πικρῶ, τὴν φροῦν ἄρτι καταρχομένην.

Hui conjecturae favet etiam hoc, quod *Strato* bucolici, quem vocant, rhythmi studiosissimus est. [Not. p. 732. l. 8. ab ult. πικροτήν. Scr. πικρωτήν.]

Tom. III.

f

Nr. 8. v. 7. καὶ οἶκαδ' ἀπελθὼν. Scribi possit: στεφάνους, οἶς οἶκαδ' ἀπελθὼν Ἐσπερίανωσα θεοῖς. Hiatus tamen excusari potest usu homerico in voce οἶκος et ab οἶκος derivatis. Vid. *Spitzner* de V. Gr. her. p. 137.

Nr. 24. v. 2. Quum *οἶος* in membr. versum incipiat, sponte concidit conjectura nostra, nec quidquam probabilius reperiri posse arbitror eo, quod *Schneiderus* scribendum proposuit.

[Not. p. 739. l. 13. ab ult. corrige: *quam turpis*. pro *sed*.]

Nr. 42. v. 5. ἔλξεις ἐκ λιμένος πολλὴν δρόσον. μαιόμενος suspicatus sum olim in Addendis ad Animadverss. T. III. 2. p. 447. Fortasse, una littera mutata: ἐκλυμένος. pro ἐκλελυμένος. multo labore frustra consumtus. *Plutarch*. T. II. p. 161. B. οἱδὲν εἰς πακόν, ἀλλ' ἢ διὰ τάχος καὶ ῥοῖζον ἐφαίνετο τῆς φορᾶς ἐκλελυμένος καὶ κικμηκός. *Suid.* in παχεκτούντες. Ὁ δὲ Περσεύς . . ἐξελύετο τῇ ψυχῇ. Vid. *Stephan.* Thes. Gr. T. II. p. 755. C. D.

Nr. 43. Hoc epigr. *Hemsterhusium* pro insulso recentioris poetae Iusu habuisse, narrat *Ruhnkenius* in Epist. ad Ernest. VII. p. 27. Ad v. 2. scribet *Blomfield*: „Confidenter reposui, τῇ πολλοῖς ὥδε καὶ ὥδε φέρει. recte sine dubio in Nossidis versu [Cap. V. nr. 170. v. 3.] τὰν rescripsit Bentleius. Neque Callimachus, neque alius quisquam Graecitatis studiosus adhibere potuisset τὴς pro ὅς, quicquid sentiant *Brunckius*, *Iacobsius* et alii, quos memorat *Fischerus* ad *Wellerum*; etsi satis frequens est hic barbarismus apud N. F. scriptores.“ Veteres Grammaticos etymologiae causa finxisse nominativum τός, τή, τύ, non ignoro (Cf. *Fischer.* ad *Vellerum* T. I. p. 315.), at veteris scriptoris locum, qui τῇ pro ἡ usus esset, nondum vidi.

Nr. 53. v. 7. εὖ τέλοι. Fortasse, εὖ πλείν πέλοι.

Nr. 58. v. 3. οὐκ ἂν ἀμύρτοις Δονήσας (δινήσας membr.) παίδων οὐδὲ τὸν ὑστάτιον. Nulla earum conjecturarum, quas in notis commemoravimus, mentem poetae assequitur. Scribendum videtur:

δαιμονίσας παίδων οὐδὲ τὸν ὑστάτιον.

δαιμονίζειν. τὸν δαίμονα ἡγεῖσθαι. *Hesych.* Iam habes hyperbolem delirante poeta dignissimam: non errabis, si vel postremum puerorum Troezenis pro deo habueris; tamen inter hos ipsos *Empedocles* ita excellit, ut rosa inter reliquos flores veris.

Nr. 66. v. 6. [Not. p. 744. l. 4. ab ult. μηκέτι. Scr. μημέτι.]

Nr. 75. [Not. p. 747. l. 4. corrige ad litterarum pro at.] V. 5. οὐκισινιφησον. δίφησον in his latere, non est absimile. Praecedent-

tes autem syllabae sic fortasse refingendae: ὃν κίεν οὖν διφθασον, i. e. πρὸς ὄν.

Nr. 74. v. 1. Lectioni τὸ γὰρ πλεον ἐν πυρὶ παιδων Κεῖμαι . . . patrocinator quodammodo *Gregor. Naz. Carm. VII. 27. p. 76. A. βαιὼν* ἐτ' ἐν μερόπεσσι, τὸ δὲ πλεον εἰν Ἀῖδαο.

Nr. 81. v. 3. ψυχρὸν ὕδωρ νίψαι. *Boissonade V. cl. in Not. ad Eunap. p. 215. conjecit, ψυχρὸν ὕδωρ διψῶ. Idem, tamquam Guyeti, notatum in Ap. Pauw.*

Nr. 84. v. 4. παιδὸς ἀπειστέπτε. Languent conjecturae in notis exhibitae. Dignior Gadareno fuerit lectio, quae et a Cod. scriptura proxime abest:

γλόγα δ' οἷα προφαίνων

παιδὸς ἀπείσουτ' ἐμοὶ κάλλος ἐραστὸν ἰδεῖν.

Nr. 95. v. 3. ἀντίος ἦδη. Fortasse scribendum: ὁ δὲ γλυκὺς ἄντ' εἰσίδοι σε. Paulo post Nr. 122. Ἀρισταγόρην εἰσιδούσαι ἀντίον.

Nr. 102. v. 3. κερημένος. κερημένος *Bentleii* probat *Blomfield*. Idem in Addendis p. 399. v. 4. pro τῇ reponendum censet τῇ; illud τῇ a Criticis Homericis excogitatum meram barbariem esse affirmans.

Nr. 105. v. 2. ἐξ οἰκων ὑποῦ. Requiritur verbum, ut τρανλίζειν, ψελλίζειν.

Nr. 118. v. 6. „Bentleii lectionem unice veram puto. Limini enim osculum dedisse, non esset idonea offensionis causa. Horat. Carm. II. 12. 25. *Dum flagrantia detorquet ad oscula Cervicem.*“ *Blomfield*.

Nr. 126. v. 1. ἀλύων explices licet etiam *per otium, non habens quod ageret*; quam significationem verbi ἀλύειν copiose exposuit *Wyttenbach. ad Plutarch. T. XI. p. 231. s.*

Nr. 150. v. 4. ἀλλ' ἐν ἐμῇ ἴσχετ' Ἐρως κραδίη. Suspecta lectio vel ob vocalium concursum in medio versu, cum poeta scribere posset, γλύψεν aut στίξεν. *Amor pueri nomen cordi meo inculpsit. At vera est, ni fallor, lectio:*

ἀλλ' ἐν ἐμῇ σμύχετ' Ἐρως κραδίη.

De Amore *Theocrit. Eid. III. 17. ὅς με κατασμήνων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρως ἰάπτει. Mosch. Eid. VI. 4. ἔρως δ' ἐσμήχετ' ἀμοιβῇ. Agath. Cap. V. nr. 292. δάμαλιν, ἧς με περισμήνουσι μεληδόνες. Heliodor. L. X. 17. p. 415. πλεονὶ δὲ αὐτὸς πυρὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμύχόμενος. Fuse hanc vocem illustravit *Hemsterh. ad Lucian. T. II. p. 427. sqq. Similiter Philodemus Cap. XI. nr. 41. καὶ πῦρ ἀπλήστῳ*
f 2*

τύφει' ἐνὶ καρδίῃ. Quam lenis sit illa correctio, apparebit lectionem Cod. comparantibus: ἐν ἐμῇσχετ' ἔρως.

Nr. 134. v. 5. „Quid sit ἀπὸ ὀνυμοῦ, nemo omnium intellexit. Vereor, ut omnia recte se habeant.“ *Blomfield*.

Nr. 135. v. 2. ἤτασεν. ἐβασάνισεν. *Hesych.* ubi laudatur conjectura *Guyeti* (*Salmasii* potius) ἤτασαν αἱ πολλαὶ Ν. προπόσεις.

Nr. 138. v. 4. ἔσθ' ὅτε τοῖς καλοῖς. Malim, τοῖσι καλοῖς.

Nr. 140. v. 4. In marg. scribe: πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ ζεῖε. P. deleto Ζεὺς in proxima linea, in quam hoc vocabulum typhotetae culpa aberravit. *Blomfield* dedit: ἐν πυρὶ πᾶς δ' ἐπ' ἐμοὶ Ζεὺς ἐκτεταυροβύλει.

Nr. 143. v. 12. Verborum vestigia si spectas, nihil fuerit lenius, quam corrigi: Ἐρμῇ τοξενθεῖς ἐξέσπασε πικρὸν ἰφθίμος Κῆλον. Certe ad πικρὸν substantivum desideratur. Κῆλον λέγεται τὸ ξύλινον βέλος. Etym. M. p. 463. 45. ed. Lips. Sed vel sic argumentum epigrammatis obscurum.

Nr. 149. v. 1. περίφενε. περίφινε conjecit cl. *Boissonade* ad *Bunapium* p. 145. eo sensu procul dubio, quem illustravit *Berglerus* ad *Alciph.* L. III. Ep. LIX. p. 422.

Nr. 161. v. 3. ἡδ' ὑπὲρ ὧμων. Si, quod in notis conjeci, sensum offert idoneum, propius tamen ad litterarum vestigia scribes: εὐτε παρ' οἶνψ. Vid. *Valcken.* ad *Callim.* Fr. Eleg. p. 15 et p. 262. aut παρ' οἶνον. nam hic quoque casus bene habet, ut apparet ex locis allatis a *Valcken.* ad *Herodot.* p. 188. 49. *Wytttenbach.* ad *Plutarch.* T. XI. p. 354. a.

Nr. 163. v. 2. ὃ μῆτ' ἀνθεῖ, μῆτε γένοιτ' ἐν ἴσψ. Haec verba non referri posse videntur ad inaequalitatem quandam auri et smaragdi, sed ad conjunctionem illam, quam Amorem effecisse poeta narrat, cui nihil simile reperiri posse ait, ne auri quidem cum smaragdo consociationem, quamvis illa pulcherrima sit. In hunc sensum corrigi posse videtur: ἃ μῆτ' ἀνθεῖ, μῆτε γανοῦσθαι ἐν ἴσψ. De verbo γανοῦσθαι vide imprimis *Wytttenbach.* ad *Plutarch.* T. XI. p. 359. ἐν ἴσψ pro ἴσως dixit *Xenoph.* Anab. I. 8. 11. *Cyrop.* VII. 1. 4. V. 4. ἐν βιώτῳ. Cod. et Ap. Goth. Εὐβιώτψ. Br. ex emendatione *Salmasii*.

Nr. 164. v. 3. Quo saepius hoc distichon lego, eo probabilior fit opinio, quam in notis significavi, ad Ἀλεξίς deesse epitheton, respondens epitheto ἀβροκόμης. Etiam ὄντως suspectum ob articulum in Cod. additum. Quare vide, an scribi possit:

οἶα τὸν ἀβροκόμην στέργει Κλεόβουλον Ἀλεξίς

ἀβροκομῶν λῶστον Κύριδος οἰνόμελι.

ubi certe ultimae syllabae ὠνῶστον proxime absunt a lectione membr. οντώστο. De verbo ἀβροκομοῖν cum nemine disputaverim. Nam et οὐλοκόμον legi possit, (*Pollux* II. 23. οὐλοκόμος μέντοι εἴρηται παρ' Ἀλεξίδου καὶ Φερεκράτη, οὐλοκέφαλος. οὐλουκίοννα δὲ Τελεσίλλα εἴρηκε. Iudos οὐλοκόμους appellat *Nonn.* *Dion.* L. XIV. p. 404. 6. Sed non minus recte de formosis dicitur. *Od.* ψ. 157. καὶ δὲ κάρητος Οὐλάας ἦκε κόμας, ὑακινθίνῃ ἄνθει ὁμοίας. *Callimach.* H. in Del. 302. οὐλος ἐθείραις Ἑσπερος. *Marc. Argent.* Cap. VI. nr. 201. βόστρυχον αἰράων οὐλον ἀπὸ πλοκάμων. *Achill. Tat.* Lib. I. 4. p. 13. κόμη ξανθῇ, τὸ ξανθὸν οὐλον.) et ξανθοκόμον, quod a θανάτονον proxime abest. ξανθοκόμαι habet *Oppian.* *Cyneg.* L. III. 24.

Nr. 190. v. 1. ὁ κάλλι τῷ σὺ νικᾶσθαι κηρὸς ἐπιωτάμενος. Frigida laus pulcritudinis, ceram assequi eam non potuisse. Num scribendum κερνᾶσθαι? *cera*, quae cum pulcritudine tua misceri potuit.

Nr. 194. v. 5. ἦν ἐσαθρήσης. Durior accusativi omisio. Fortasse scribendum: ἂν σὺ ἐσαθρήσης.

Nr. 200. v. 4. Post χύδην comma ponendum.

Nr. 236. v. 3. *Boissonade* v. cl. per litteras mihi significavit, se in *Notis* ad *Holstenii* epistolas p. 106. de hoc loco sic scripasisse: „Stratonis lectio suspecta est in Ep. 75. ubi eunuchum, qui pueros delicatos nullum in usum habebat, cani in praesepi comparat: ὄντως ὡς ὁ κύων φάτῃ ῥόδα, μωρὰ δ' ὑλακτῶν. Mira sane hic mentio rosarum. Auctores alii, qui hoc proverbio sunt usi, hordeum in praesepi collocant, non rosas; et illud certe tali loco aptius est. Sed et alio incommodo laborat vox ῥόδα; nam verbum non habet, a quo pendeat. Conjeci σφόδρα, et verba μωρὰ δὲ tale quid appositionis postulare videntur. Notandum insuper in verbis μωρὰ ὑλ. adludi ad *Homeri* versum *Od.* XIV. 29. ἐξαπίνης δ' Ὀδυσῆα ἰδὼν κύνης ὑλακόμωρον.“ Lenis et ingeniosa correctio; an vera, non dixerim. Me quidem non tam rosae offendunt, quae cum pulchris illis pueris satis apte componuntur, quam praesepis in hoc contextu commemoratio. Fortasse φάτῃ debetur sciolo, cui proverbium ὡς κύων ἐν φάτῃ parum opportune obversabatur. Sed aliud fortasse fuit proverbium ὡς κύων ῥόδα φυλάττων, ad quod respiciens *Strato* scribere potuit: ὡς ὁ κύων, φασίν, ῥόδα, subaudito verbo; quamquam oratio multo foret lenior, si legeretur: φρουρῶν ὡς ὁ κύων, φασίν, ῥόδα, μωρὰ δ' ὑλακτῶν....

Nr. 249. v. 4. *χρωτὸς ἀκηροτάτου*. Vulgaris usus postularot *ἀκηρατωτάτου*, ab *ἀκήρατος*. *Philostr.* Epist. XXXVI. p. 929. *ὡς ἐκπιόντα ἀκηράτου χρωτὸς τῆς σῆς δρόσου*. Forma *ἀκηρότατος* descendit ab *ἄκηρος*, quod alibi non reperitur; sed *ἐπίκηρος* extat ap. *Plutarch.* T. VII. p. 71. ed. *Reisk.* Syncopen in hoc vocabulo esse statuit, ut in similibus, *Wyttenbachius* ad *Plutarch.* T. XI. p. 434. quem nec *Stratonis* locus fefellit. Et ad hunc quidem notavit haec: „*ἀκηροτάτου* pro *ἀκηρατωτάτου*, ab *ἀκήρατος*, *incorruptus*, *immortalis*, sumsit superlativum nominis *ἄκηρος*, itaque duplici significatione vim acuminis auxit; est enim et *sincera*, a *κηρός*, et *incorruptus*, *immortalis*, a *κήρ*, *fatum*, *corruptio*.” [Conf. quae notavi in Addend. ad Naekii librum de Choerilis. G. H. S.]

Nr. 253. v. 2. *καὶ μ' ὁ καλός. καὶ μ' ὁ καλὸς* scribendum videtur: *etiamsi pulcher ille puer me ebrium et saltantem irrideret*.

Nr. 255. v. 1. *ἀκοινώητε*. Scr. *ἀκοινώνητε*.

Nr. 256. v. 10. *ἰμερτοὺς ἀρετῆς κλῶνας ἀπεδρέπετο*. In *ἀρετῆς* nomen pueri latere non dubito; sed illi floris quoque plantaevae nomen additum fuisse debuit, ut in reliquis. Lemitate saltem se commendabit conjectura nostra:

μύρτον δ' Ἀρχιτέλην κλῶνας ἀπεδρέπετο.

ut v. 3. *κρίνον ἡδὺ κατέπλεξεν Διόδωρον*. et v. 7. *χρυσάνθη κρόκον θήρωνα*. Ut autem *ἀρχή* et *ἀρετή* inter se confunduntur (vid. Addit. Anim. in Athen. p. 184.), sic etiam *Ἀρχιτέλη* facile in *ἀρετῇ* depravari potuit. Hoc nomen occurrit ap. *Philipp.* Cap. VII. nr. 554. *Athen.* L. VI. p. 232. B. *Lucian.* Scyth. §. 2. T. IV. p. 146. et apud alios.

Ad Caput decimum tertium.

Nr. 1. Poemation ex solis pentametris constans, *Theodori Prodromi*, legitur in Notitia Manuss. Bibl. Nat. Paris. T. VII. p. 257.

Nr. 3. v. 3. *χρηστών* ex *Opsopoei* correctione primus recepit *Stephanus*, quem reliqui sunt secuti. Ex hoc praecipue epigrammate de Hipponactis moribus et animo aliter, ac vulgo fieri solet, statuendum esse existimat *Welckerus* V. cl. qui nuper illius poetae reliquias collegit, et docto commentario instruxit, p. 6.

Ad Caput decimum quartum.

Quum *Paulissenii* comparatio libri Palatini in fine praecedentis capitis subsistat, illa parte praestantissimi codicis, quae Cap. XIV. usque

ad finem complectitur, Parisiis relicta, varietates lectionis, quas in Notis praetermissi, ex Apogr. nostro enotabo. Nr. 3. v. 3. In Notis perperam excusum *Χάριστος*. P. Pl. pro *Χαρίσιος*. P. Pl. *Χαρίσιος* est ap. Br. Illud nomen restituendum est, quod etiam in Cod. Gudiano legitur, et passim occurrit, v. c. ap. *Demosthenem* T. II. p. 1504. 26. p. 1351. 4.

Nr. 6. in marg. cod. ε' $\overline{\kappa\eta}$. Nr. 7. Item Ζ *ιθ*. et sic passim problematis numeri solutionis appicti.

Nr. 15. v. 5. *τοῖςδε κατίσχε*. Rectius scripsissem *τοῖςδε*, quam cum Br. *τόνδε*. ὅς enim, ad quod pronomen illud refertur, plura complectitur. Vid. Addenda ad Anim. T. III. 3. p. 133.

Nr. 35. v. 1. ὃ καὶ τέμνει σίδηρος. Leni mutatione scribendum: *ἀνθρώπου μέλος εἰμί, ὃ κεν τέμνησι σίδηρος*. aut etiam ὃ καὶ τέμνησι σιδ. quum saepe sic ponatur conjunctivus post pronomen relativum, particula *ἄν* non interveniente. De hiatu in tercio pede vid. haec Addenda p. XXVI. s.

Nr. 36. v. 1. *ἴδατα*. Ap. Goth. i. e. *ὑδατα*.

Nr. 48. v. 1. *δὲ ἐκάστω*. De hoc genere hiatus vid. *Hermann*, ad Orph. p. 725. *Spitzner* de versu gr. her. p. 119. — V. 3. αἱ δ'. Sic membr. αἱ δ' verius. V. 5. rectius fortasse scripsissem: *εἰπέ, πόσον μὲν ἔδωκαν, ὅπως δ' ἴσα πᾶσαι ἔχουσιν*.

Nr. 49. v. 7. *ἄλλ' ἄλλ'*. Ap. G.

Nr. 52. v. 2. Ad ea, quae diximus in notis de loco *Platonis*, facit *Libanius* T. III. p. 282. 17. *μή τοι νομίω τις ἀκούσεσθαι Πηλίου κορυφᾶς καὶ Κενταύρου σῶμα διφρεῖς, καὶ τροφία μισάνθρωπον, καὶ τροφήν ἐξηγρωμένην*. Quamquam Chiron ab hominum consortio remotus in montium jugis degebat, nemo tamen propterea sapientissimum Achillis aliorumque heronum magistrum hominum humanitatisque osorem appellavit. Quare hoc quoque loco *μισάνθρωπον* videtur legendum. Comparandum simile compositum *μυξόμβροτος*, de Io usurpatum ap. *Aeschylum* Suppl. v. 570. s.

Nr. 53. v. 1. *ἐπ' ἀγκοίνῃσι μυγῖσα*. Hanc lectionem tueri videtur *Homer*. Od. λ. 268. *ἦ ῥ' Ἡρακλέα ... γεῖνατ' ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλῳ μυγῖσα*. cui simile Hesiodaeum ap. *Pausan*, L. IX. 11. 3. *Θηρῶ δ' Ἀπόλλωνος ἐν ἀγκοίνῃσι πεσοῦσα Γέλναια Χείρωνος κρατερὸν μένος*. Nec fortasse repetitio ejusdem vocabuli nos offendere debet.

Nr. 58. v. 3. *ὑπέφυλον*. Ap. G. — Nr. 59. v. 1. *νίας*. Ibid.

Nr. 60. v. 1. In Notis marg. scr. *μὲν τετέσνν*. Accentus sedes, et

lectio edit. Stephan. efficit, ut legendum suspicer: ἔλη μὲν μο τέκεν, καινούργησεν δὲ σιδηρος. quod temporum rationi magis consentaneum est.

Nr. 66. τ. 7. δ' ἐξενετόν Ap. Goth. V. 11. ζῶντι τε καὶ φθιμένῳ.
Ibid. καὶ ζῶν καὶ φθιμένος. Pseudo-Plutarch.

Nr. 67. v. 3. Transpositis verbis etiam *χείρσαι* servari posset, *χείρσαι σου παιδὸς λίσπειν γὰρ*. Sed lenior mutatio, qua in textu sum usus. De *χεροὶ* et *χείρσαι* confusis dixi in Not. p. 15.

Nr. 71. v. 1. ἀγνὸς εἰς τέμενος. Fortasse ἀγνής, quam formam apud poetas reperiri testatur *Stephanus*. Exemplum vellem adiecisset.

Nr. 73. v. 4. In notis corrige: οὐ τὸ μεσσηνί. P. pro μεσσηνί.
V. 8. non *δυωδεκαταῖοι* legitur in membr., sed, quod Apographum nostrum iterum consulens intellexi, *δυωκαίδεκαταῖοι*.

Nr. 75. v. 3. *ἐπεὶ*. Si haec quoque verba diriguntur ad Iovis Neptunique internuntium, jubetur ille, mari ter percusso, Iovis mandata reddere, fere ut terram manibus caedunt, qui se ab inferis volunt exaudiri. Tum vero καὶ *πείσας* non habet locum, sed *ἐὶ πείσας* legendum.

Nr. 93. v. 6. ξύλινον. In Ap. nostro scriptum ξυλινον, quod foret ξύηνον.

Nr. 97. v. 2. *Εὐβοίης*. Sic editt. Herodoti. *Εὐβοίης*. Ap. Goth.

Nr. 102. In lemmate ante βασιλεῖ adde τῷ.

Nr. 103. v. 5. In marg. corr. ὀύσαινάν με.

Nr. 106. v. 4. *ἐνρήσεις ἐπιρῆμα*. Aliud agens scripsi, *metrum* bene habiturum, si legeretur, *βραχὺ τε ῥῆμα*. quod locum haberet, si scriberetur, *καὶ βραχὺ ῥῆμα*. Sed nihil horum probabile. Scribendum potius:

ἤν δὲ τὸ λοῖσθον

αἵρεσις, εὐρήσεις εἰς ἐπὶ ῥῆμα τόπον.

[Not. p. 808. l. 13. *correx*it. Scr. *correxi*.]

Nr. 113. Lemma, quod dedimus, oraculo in Cod. superscriptum est. In margine legitur aliud: $\chi\rho\theta\sigma^{\mu}\delta\theta\alpha\rho\chi\iota\lambda\omicron\chi^{\omega}$.

Nr. 114. v. 2. In comment. *υδ* *αυ*. In Apogr. hae syllabae junctae.

Nr. 116. v. 7. γλαύκη. Pal.

Nr. 118. v. 6. ἡλυθεν. typothetae error pro ἡλυθον.

Nr. 123. v. 10. *Δός*. In membr. *δόος* esse videtur, ut v. 11. *συὲ τῇ*. Ibid. *τιμὸς* est in Apogr. et procul dubio etiam in membr.

Recte *Brunckius* edidit *Τίβιος*, quod servi nomen. *Lucian.* Tim. §. 22. T. I. p. 92. ἀντί τοῦ τέως Πυρρήλου, ἢ Δρόμωνος, ἢ Τιβίου, Μεγακλῆς ἢ Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθεῖς. ubi vid. *Solan.* et *Hemsterhusium.* Ap. *Theophrastum* Char. IX. (XVI. ed. *Schn.*) vulgo εὐωχοῦ Τίμει. Τίβει scripsit *Schneiderus* cum *Salmasio*, repugnante tamen *Hottingero* in versione vernacula p. 388.

Nr. 124. v. 9. εἴκοσ' ἔτεσαι. Sic *Huschke.* εἴκοσ' ἔτεσαι Ap. Goth. In praecedente versu pro ἐπάλλιστα δάκρυα χέσας, suspicari possis, ἐπ' ἄλληκτον δάκρυ χέσας. *Callimach.* H. in Dian. v. 148. θεοὶ δ' ἐπὶ πάντες ἐκείνῃ ἄλληκτον γελώουσι.

Nr. 126. v. 8. τοῦδε καὶ ἡ κρεττόν μετρον ἰλὸν βιότον. *Lenio-*rem hujus loci, quam in notis desiderabam, correctionem mihi rep-
risse videor, scribens:

αἶ, αἶ, τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἡμῖν πατρός
τοῦδ' ἐκείνης θυροῦ μετρον ἰλὸν βιότον.

combustus, i. e. *sepultus es*, quum dimidiam partem *aerumnosae pa-*
tris vitae peregrissēs.

Nr. 127. v. 4. ἔζησεν λοιπὰ τρεῖς καὶ δέκα. Male sic *Br.* quem sequi non debebam. Restituenda membr. lectio, conjunctis tantum syl-
labis: λοιπὰ τρεῖςκαίδεκα. Ellipsin nominis ἔτη illustrant exempla ap.
L. Bos p. 162.

Nr. 134. v. 3. ἡματι Ap. G. et in sqq. quoque passim adspiratur.

Nr. 137. v. 3. δαιτυμόνας, οἷσιν θεὸς δαιτός τε τάφον τε Τὸνδ' ἔπορεν χῶρον. Elegantior foret lectio, si scriberetur: θεὸς οἷσιν ὁμοῦ δαιτός τε τάφον τε... Fortasse tamen acquiescendum in correctione, quam in notis expromsimus.

Nr. 138. v. 2. In *Κλεῖτ'* fortasse latet *Κλεῖς*. Hoc nomen, sed per
diaeresin solutum, legitur apud *Hephaestionem* p. 95. ed. *Gaisf.* *Κλεῖς*
ἀγαπατά. Haec si probabilis conjectura, legendum, *Κλεῖδι* (an *Κλεῖδι*?)
πόρεν τὸ τρίτον.

Nr. 140. v. 1. ἦ ῥά τοι ἦρα τάδ' εὐαδεν. An *ἔργα* τάδ' legendum?

Nr. 146. v. 2. λαβὼν σου Ap. G. recte.

Ad Caput decimum quintum.

Nr. 2. v. 4. In Ap. Goth. scriptum: παλινορσεν ἰόν. Ib. εὔρατο.

Nr. 7. v. 5. Corrige in marg. ^ἢ εἰδ P.

Nr. 8. v. 1. οὐδὲ θανόντων Μνήμονες ἀλλήλων ἔαχον ἀποικισίην. *μνήμονες* in hoc contextu non solum molestum, sed vix ferendum. Scribendum videtur, *λήσμονες ἀλλήλων*.

Nr. 9. v. 8. In membr. esse videtur, *τριτάτ... γενέθλ' i. e. τριτάτην γενέθλην*.

Nr. 11. v. 7. *Νιρεύς*. Corrige *Νηρείς*. V. 8. *ἰών*. Ap. G.

Nr. 13. v. 4. *κλεῖσμος*. Ap. G. — *φορέειν*. Verior nunc videtur *Reiskii* correctio, *φορέων*. Lacunam in v. 2. sic licet explcas: *εἰ δέ γε Μοῖσῃς Νῆϊς, δακτύλῳ ἀκροτάτῳ ἀπεγέυσας μούνον*. ex Cap. IX. nr. 191. *εἰ δέ Νῆϊς ἔφνε Μουσέων, χερσὶ βάρος φορέεις*. Ib. nr. 558. *εἰ δέ γε πάμπαν Νῆϊς ἔφνε Μουσέων, ῥίψον ἃ μὴ νοέης*.

Nr. 18. v. 1. Post *γενέσθαι* comma delendum.

Nr. 20. v. 2. *τὸν βλόν*. prava lectio. Restitue *τὸν χρόνον*, ut est in Palat. et ap. *Reiskium*. Illud calami errori debetur.

Nr. 21. v. 14. *στήτας*. Ap. Goth.

[Not. p. 823. l. 5. corrige *κρε*. ubi *κ* scriptum pro *η*.]

Nr. 28. v. 11. *ὁ καὶ Μαρίης καὶ ἀθανάτου πατρὸς υἱός*. Fortasse, *Μαρίης τε καί*.

[Not. p. 827 l. 7. ab ult. *χρύσας*. Scr. *χρυσὰς* Pal.]

[Not. p. 827. l. penult. *ματροῦρίπνος*. Scr. *ματρορίπνος*.]

[Not. p. 831. l. 1. post *translata est*. insere: Omnem varietatem lectionis in Anacreontis Odariis ex Cod. Palat. diligenter enotavit cl. *Levesque* in Notit. Manuscr. Bibl. Paris. T. VIII. p. 468. sqq.]

Nr. 29. v. 5. *ἡέλλοιο*. Ap. G. et iterum Nr. 30. v. 2.

Nr. 33. v. 13. *εἰ δ' οὖν*. *εἰ δ' οὐ* conjeci, idque in notis adstruxi. Verum vide, an necessaria sit correctio. Sequioribus certe temporibus etiam particularis *εἰ δ' οὖν* negandi vis videtur esse tributa. Sic certe *Theodor. Hyrtac.* Epist. VIII. (*Noticès des Manuscr. de la Bibl. Nat.* T. V. p. 731.) *εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιεν, εἰ δ' οὖν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἰδείην, αὐτὸς δ' ἂν εἰδείης*. Id. Ep. XLII. (Ibid. T. VI. p. 11.) *λόγος ἐπηγγελμένος, ἦν μὲν καὶ πρὸς ἔργον ἐκβαίη, βέβαιος ἂν εἴη λόγος...* *εἰ δ' οὖν, ἐνύπνιον, μᾶλλον δὲ σκιᾶς ὄραρ*. Ep. LX. Ibid. p. 25. *ἦν οὖν ἐνδιδῶς, γράμμασιν ἱεροῖς γνώρισον· καὶ δῆτα, τὸ τῆς παροιμίας, καὶ χωλὸν ὅψει πρὸς δρόμον*. *Εἰ δ' οὖν, κατὰ χώραν μενῶ*. Cf. Ib. Ep. LXXIV. p. 27. Ep. LXXVI. p. 28. Ep. LXXXIV. p. 35.

Nr. 34. v. 5. *πένησιιν*. Ap. Goth. V. 9. *φιλοπτωχίης*. Ibid.

Nr. 37. v. 5. *Κομητάς*. Exemplis de correpta terminatione *ας* in notis ad h. l. allatis adde *Gregor. Naz. Carm. XLIII. 1. Tom. II.*

p. 103. παροιμιῶν δὲ Λουκᾶς ἐμνήσθη τούτων. V. 3. ἀριπρεπείας τα
esse videtur in Pal.

Nr. 40. v. 29. In marg. post τάχιστ' dele P. V. 57. υἱὸς ἐῆος.
In Ap. nostro est ἐῆος. Sed verius videtur, quod in textu dedi, ἐῆος.
Inter duas has lectiones librarii fere ubique fluctuant. Vid. Heyn. ad
Il. a. T. IV. p. 102. s.

Ad Caput decimum sextum.

Nr. 19. v. 1. εἰρήνη πάντεσσιν. Facit huc inprimis Io. Chrysost.
Homil. III. in Epist. ad Coloss. p. 107. ὅταν εἰέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας
προεστώς, εὐθιὺς λέγει, Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ὁμιλῇ· Εἰρήνη
πᾶσιν· ὅταν εὐλογῇ· Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ἀσπάζεσθαι πειλύνῃ·
Εἰρήνη πᾶσιν.

[Not. p. 847. l. 9. Corrige τῶ. Br. pro τῷ.]

[Not. p. 848. l. 5. ἀχρεῖος. Br. Corrige ἀχρεΐως. 'In Schol. We-
chel. ἀχρεῖος.]

Nr. 68. v. 8. κοιλάς adjective occurrit ap. Tryphiodor. v. 194.
Θῆρες ἐρωήσαντες ὑπὸ πτύχα κοιλάδος εὐνῆς. Nonn. Dion. Lib. XII.
p. 348. 2. κοιλάδι πέτρῃ.

Nr. 92. v. 8. ὄγδοον ἐκ Κρήτης δὲ περιέπνοον ἤλασε ταῦρον. Valde
molesta est particula adversativa in hac sede; nec dubito, scribendum
esse:

ὄγδοον ἐκ Κρήτης.

pleonasmō perquam crebro. De forma Κρήτης autem ne dubites pro
Κρήτηθεν, sic infra nr. 185. ἀμφοτέρωθι θήβηθε. Callimach. H. in Del.
v. 197. σὺ δ' Εὐβοίῃθε κατῆεις. Ib. v. 284. ἃ Λωδώνηθε Πελαγοί...
πρώτιστα δέχονται. Apollon. Rhod. L. I. v. 209. ἦμος-ἔβη Γιγῶθε
θεοπροπίας ἐρεΐνων. Nicander ap. Athen. L. XV. p. 683. A. ἄνθη
'Ιαονίθε, ut Casaubonus correxit, accinente Cod. Veneto. Ib. p. 683. B.
πρῶτα μὲν 'Ωδονίθε. Κύπροθε et 'Αθήνηθε affert Bastius ad Gregor.
Cor. p. 166. Facit huc etiam ἔκτοθε et προτέρωθε, quae apud poe-
tas obvia commemorat Etymol. M. p. 349. 48. ed. Lips.

Nr. 95. v. 4. ὑπὲρ ζωᾶς καὶ βιωτᾶς σφετέρας. Haec tautologia
quum ferri nequeat, vide an Damagetas scripserit:

ὑπὲρ ῥώμας καὶ βιωτᾶς.

certamen erat roboris, in quo de vita agebatur. Xenophones ap. Athen.

L. X. p. 414. B. οὐδὲ μὲν εἰ ταχὺτάτῃ ποδῶν, τόπερ ἐστὶ πρότιμον
'Ρώμης, ὅσ' ἀνδρῶν ἔργ' ἐν ἀγῶνι πέλει.

Nr. 111. v. 1. καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυνῶδνον ἦρω....
ἔγραψε Παρθέσιος. Hunc quoque versum occupat vitium, de quo di-
ximus p. 861 et 869. Scribendum enim: ἴδ' ὡς πολυνῶδνον ἦρω....
ἔγραψε. Initio versus καὶ refertur fortasse ad alia Glauci epigram-
mata in artis opera.

Nr. 127. v. 1. μονοκρήπιδα. De accentu huiusmodi compositorum,
quae ex oxytonis femininis orta, communia fiunt, accurate disputantem
vide *Spoehnius* in Comm. de extrema Odysseae parte p. 191. s.

Nr. 134. v. 5. Rectius fortasse hunc versum sic distinxeris:

οὐ σοι παῖδες ἔτ' εἰσὶν· ἀτὰρ τί τόδ'; ἄλλο τι λεύσσω.

Certe in Brunckiana lectione et distinctione verba τί λεύσσω; colom
efficiunt cum praecedentibus comparatum nimis breve et jejunum.

Nr. 139. v. 5. σῶν γὰρ ἀμέτρων Ζήλων, εἰς ἃ θέμις, καὶ γραφῆς
αἰσθάνεται. Conjectura, quam in marg. posui, id, quod sensus requi-
rere videtur, indicat; a vulgata autem longius abest. Hac ex parte
probabilius, poetam scripsisse:

ζήλων, οἷς θύεαις, καὶ γραφῆς αἰσθάνεται.

Oppian. Hal. IV. 174. οἷστρον τε ζήλην τε, βαρύνφρονι δαίμονι, θύων.
Apoll. Rh. III. 755. πυκνὰ δὲ οἱ κραδίη στηθέων ἔντοσθεν ἔθουσιν.

Nr. 150. v. 4. σῶφρονι κρύπτει πέπλῳ. Sensui satisfacit, quod
conjeci, κρύπτει πόνῳ. Sed quum in sequentibus tota res tamquam
praesens ob oculos ponatur, vulgatum κρύπτει molestum est. Huic in-
commodo medeberis legens:

σῶφρονι ΚΡΥΠΤΕΙ ὍΤΑΔι.

quod quam facile depravari potuerit in ΚΡΥΠΤΕ ΠΕΠΛΩ, in oculos
incurrit. Ὅτλεϊν pro πονεῖν, μοχθεῖν est Cap. V. nr. 226. v. 6. Ἰνδικον
ὀτλήσοντας αἰὲ πόνον. *Callimach.* Fragm. CCLXXIV. κενεὸν πόνον
ὀτλήσαντες. ὀτλον ipsum est pro πόνῳ ap. *Aeschyl.* VII c. Theb. v. 16.

Nr. 151. ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὑμεναίων. Nisi negligenti-
ae tribuendus est hiatus, corrigendum dixerim: βίας φεύγουσ' ἀπ'
Ἰαρβαίων ὑμ. in quibus periphrasis est apud poetas crebro obvia.
Vid. Not. p. 42.

[Not. p. 859. l. 4. pro: *Prior quidem lege: Priorem.*]

Nr. 176. v. 1. Si recte distinxit Br., scribendum praeterea:

καὶ Κῆρυς Σπάρτας· οὐ δ' ἄστειν οἶα τ' ἐν ἄλλοις...

quod monui in *Animadversa.* T. III. P. 2. p. 455.

Nr. 228. v. 1. ὑπὸ τὰν πέτρων. Per se haec lectio non habet, quod offendant; immo egregie eam tuearis loco *Hesiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 586. de calida aestate agentis: ἀλλὰ τὸδ' ἤδη Εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ βίβλι-
νος οἶνος. . . . ἐπὶ δ' αἶθοπα πινέμεν οἶνον, Ἐν οικῇ ἐξόμενον. . . ἀν-
τίον ἀκραίος Ζεφύρον τρέψαντα πρόσωπον, Κρήνης τ' ἀνάνου καὶ ἀπορ-
ρέτον, ἥ τ' ἀθόλωτος. Etiam *Theocrit.* Eid. VIII. 55. ἀλλ' ὑπὸ τῶ
πέτρῃ τῶδ' ἄσομαι. Sed proximus in epigrammate nostro versus ma-
gis favere videtur conjecturae nostrae, ὑπὸ τὰν πετρίαν. *Cyrus* Cap. IX.
nr. 136. ὑπὸ πετρίῃσι καθήμενος, ἢ ὑπὸ πέτρῃ Συρίδων.

Nr. 233. v. 8. In loco *Aristophanis* *Acharn.* v. 181. quem in no-
tis excitavimus, *Μαραθωνομάχοι* legit etiam *Io. Laurentius* de Magistr.
Rom. I. 10. p. 24.

Nr. 244. v. 3. Delenda in margine conjectura ἐφθέγγατο.

[Not. p. 86g. l. ult. ad nr. 250. lege, 180.]

Nr. 251. v. 1. πτανῶ πτανὸν Ἐρωτα τὸν ἀντίον ἐπλάσ' Ἐρωτι.
Valde suspicor, scriptum fuisse olim: Ἐρωτα καταντίον ἐπλ. Ἐρωτι.

Nr. 265. v. 1. ἐσθλοῖσι. Remansit hoc ex textu *Brunckiano*. Ad-
denda littera paragoga cum *Planude*.

Nr. 266. v. 6. Si in ἀνδρόσινιν antepenultima producat litterae
sibilantis beneficio, quae interdum pronuntiando duplicatur, (vid. *Spitz-
ner* de Versu gr. her. p. 80. s.) legi possit, una littera inserta: ὥστε
τε εἰμυροχὸν δ' ἀνδρόσινιν ἄνυσ τεχνῶ.

Nr. 298. v. 1. μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίξαν Ὀμήρου. In Dialogo
Theodori Prodromi ex *Vatic.* Cod. edito in *Notit. Mss. Bibl. Paris.*
T. VIII. p. 134. μάρνανθ' ἱερὴν διὰ ῥίξαν ἐμείο.

Nr. 299. v. 5. Ut h. l. ἦ ῥα mutavimus in ἦρα, sic in *Fragm.*
Callimachi XLI. *Valckenarius*, quem vide in *Epist.* ad *Ernest.* nr. XVI.
pag. 49.

Nr. 308. v. 1. τοῖς. *Schol. Wechel.* p. 507. etiam ταῖς legi mo-
net. V. 7. ἀγλαΐζεται pro ἀθροΐζεται. Idem.

Nr. 320. v. 3. φασὶν ἅμα πᾶσαι. Num ὁμῇ?

Nr. 334. v. 2. post καθέλαι pone colon.

Ad Caput decimum septimum.

Nr. 6. v. 3. τοῖον ἐλαφρίζοντι τεψὲ ἐγκάτθετο κώλῳ. Sic *Homer.*
II. ξ. 219. τοῦτον ἱμάντα τεψὲ ἐγκάτθετο κώλῳ. *Hymn.* in *Cer.* v. 285.

παῖδ' ἀνὰ χερσὶν ἔλοῦσα ἐψ̄ ἐγκάτθετο κόλπῳ. Etiam in Inscr. Trio-
pea, in qua hiatus studiose cumulati, v. 31. νῆψ̄ ἐγκατέθηκε. Alius
fortasse praetulisset, τεψ̄ ἐνικάτθετο κόλπῳ. Nihil certe frequentius
hujusmodi hiatibus longae syllabae et praepositionis ἐν. Cap. VI.
nr. 228. ὅδε πον βαθίῃ ἐνὶ ποίῃ. Cap. VII. 1. Ἴψ̄ ἐνὶ παῖδες. Cap. IX.
nr. 207. τεψ̄ ἐνικάτθεο θυμῷ. plane ut apud *Hesiodum* "Ε. καὶ 'Η. 27.
et 625. πάντα τεψ̄ ἐνικάτθεο οἴκῳ. ubi Cod. Gothan. et alii non-
nulli ἐγκάτθεο. In Append. nr. 278. θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. *Callimach.* H.
in Apoll. v. 78. ἥ ἐνὶ πολλοί. Id. H. in Dian. 138. τῇ ἐνὶ μὲν Ἀη-
τοῦς γάμος ἔσσεται. Ib. v. 170. νύμφαι σε χορῷ ἐνὶ κυκλώσσονται. H.
in Cerer. v. 55. ῶ ἐνὶ δαίτας. Ib. v. 92. ὡς ἡελίῳ ἐνὶ πλαγγών. Poe-
ta ap. *Athen.* L. III. p. 73. E. ὡς δ' ὅτ' ἀτέχεται σικνὸς θροοσερῶ ἐνὶ
χώρῳ. *Theocrit.* Eid. XIV. 49. ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ. Id. Eid. XVII.
106. δόμῳ ἐνὶ πτόνι. *Apollon. Rh.* Lib. I. 45. 83. 94. 215. II. 131.
282. 977. 1207. IV. 1479. 1485. 1502.

Nr. 14. v. 2. In *μελὸς Homerus* primam produxit, alii eandem
corripere non dubitarunt. *Nicander Ther.* 101. ἐν μὲν γὰρ μελοῖο
νεοσφαγέος ἐλάφοιο. *Theocrit.* Eid. XXVIII. 18. νάσω Τρινακρίας με-
λόν. *Aeschyl.* Agam. v. 76. in anapaestis: ὅτε γὰρ νεαρὸς μελὸς στέλ-
γων. *Soph.* Trach. v. 784. κομποῖς δὲ λευκὸν μελὸν ἐκραίνει μέσσο
Κρατός. *Eurip.* Hipp. v. 254. in anapaestis: καὶ μὴ πρὸς ἄκρον με-
λὸν ψυχᾶς.

Nr. 32. v. 5. In lectione Cod. Veneti, λιθούμεθ' ἅπαντα πάλας
πον, vide an lateat: λιθούμεθα τετράπαλαι πον. ut in ep. *Callima-
chi* Cap. VII. nr. 80. ἀλλὰ σὺ μὲν πον, ἔτιν' Ἀλικαρνησεῦ, τετρά-
παλαι σποδιῇ. nisi ille scripsit, quod a membr. vestigiis etiam pro-
pius abest, λιθούμεθα πεντάπαλαι πον. Hoc enim compositum,
licet alibi non occurrat, non minus tamen genuinum, quam *τρίπαλαι*,
τετράπαλαι, *δενάπαλαι* ap. *Aristoph.* Eqq. v. 1153. s. *Lucian.* Lexi-
phan. §. 2. T. V. p. 177.

Nr. 37. Post hoc epigramma inserere poteram epigrammata non-
nulla *Theodori Prodromi*, ex Vatic. Cod. edita in Notitia Manuscr.
T. VII. p. 163. 183. sqq. 212. verum non tanti videbatur, pessimos
mali poetae versus hoc loco repetitos legi.

Nr. 41. v. 6. Iis, quae in notis dixi de participiis et adjectivis,
ad remotius interdum nomen referendis, adde *Hesiod.* "Ε. καὶ 'Η.
v. 402. οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα, Κτητὴν,
οὐ γαμετῆν, ἥτις καὶ βοῦσιν ἔποιτο.

Nr. 45. v. 6. ποσσι νιν ὥστ' ἔργῳ. *Blomfield* corrigendum existimabat: ποσὸν ἐμοῖς τῷργῳ τοῦνομα συμφέρεται.

Nr. 46. v. 3. 'Ομήρειον etiam *Schol.* in *Dion. Thr.* ap. *Villois.* in *Anecdot. Gr. T. II.* p. 172. Alii 'Ομήρου νῦν δὲ καλεῦμαι.

Nr. 51. v. 14. "Αρπυιαὶ κλωθῶες. eadem, quae κλωθῆς, de qua voce egregie disputavit *Huschke* in *Comment. de Inscr. Vasculi Locris inventi* p. 27. *Heraclito* eam restituens, ap. *Plutarch.* T. II. p. 370. D.

Nr. 93. v. 4. οὗτις οἱ ἀνθρώπων. Quod margini allevimus, de-
fendi potest, quum οἱ haud raro in arsi ante vocalem producat. Sed
aut *Hermanni* correctio admittenda, aut scribendum, quod longe fa-
cillimum: οὗτις οἱ μερόπων. Sic paulo post nr. 104. ἀθάνατος μερό-
πων οὐδεὶς ἔφν. Obiter notanda vox μεροπιεύς, unde μεροπιῆος ap.
Eudoc. in *Martyr. S. Cypr.* v. 119. et μεροπιῶν Ib. 115. in *Bandini*
Catal. Mss. Gr. p. 255.

Post Nr. 103. inseri potest Inscriptio, ex Graecia in Britanniam
delata, quam edidit V. cl. *E. Q. Visconti* in *Monumenti Gabini della*
Villa Pinciana. 1737. p. 151. Insculpta ea basi statuæ puellæ, quæ
Dianæ sacerdos fuerat:

Ἀζομένη κοίρην Ἀητωῖδα εἰοχλαιοραν,
Ἀρτεμιν Ὀρθωσίην, πόλεως περὶ τείχεα πάντα
εἴμ' ἱερῆς ἐγὼ Ἀσκληπιάς· ἐκ δὲ τοκίων,
πατρὸς Ἐκτιμένου Ἀσκληπιάδαο γενέσθην,
ματρὸς σεμνοτάτης Νικηφόριδος, γένος ἐσθλόν,
οἱ δ' εὖ γενάμενοι μ' ἔδωσαν ἱερῆδα τῇδε θεαίην,
βουλῆς καὶ δήμου ψηφισαμένης περ' ἐμεῖο.

Mali versificatoris opus. V. 1. Ὀρθωσία, ἐπώνυμον Ἀρτέμιδος. *Hesych.*
V. 4. in marmore esse videtur ΠΑΤΡΟΣ ΕΚΤΙΜΕΝΟΥ. Ἐκτιμέ-
του exhibuit cl. editor. V. 6. versus heptameter, perperam addita voce
θεαίην. Haud pauca sunt in Inscriptionibus exempla hujusmodi inter-
polationum, metrum corrumpentium, quæ nec a poetis profectæ viden-
tur, nec a quadratariis, sed ab iis, qui illas inscriptiones faciendas cu-
raverant, perspicuitatis plerumque causa. V. 7. Scr. ψηφισαμένης. Ad
περ' addidi apostrophum: περὶ ἐμοῦ. Vid. *Boekh.* ad *Pindar.* p. 376.

Nr. 112. Hoc distichon excitat *Scholias.* Anth. Wech. p. 5. ubi
δίσκων τε β. καὶ κόντου ἐρωή. et iterum p. 184. ubi nihil varietatis,
nisi quod ποδὸς ibi legitur pro ποδῶν.

Nr. 119. „Legitur hoc epigr. in ara quadrangulari, in qua prae-
fericulum et patera, Apollo cum quatuor Musis et lucus laurorum. In

Zoegae Apographo v. 5. ἀθανάτων καὶ ἀγῆραον. V. 6. ἀμυννισιν σε-
λιδ. V. 11. εἰητηρ. *Welcker*. in not. msst.

Nr. 128. κατὰ ἄστυ. Excusationem habet hic hiatus ab usu ho-
merico, de quo vid. *Spitzner*. de versu gr. homer. p. 115. a.

Nr. 130. v. 1. restituendum ἀγακλύτων, quod in marmore legi
Welcker me docuit. Ibid. v. 3. εἰγενίαν σοφίαισι. Subscripta ver-
ba: ο κεινήσας τον βωμον Η άλλον των εκ του ταφου Αποδώσει δη-
μωι ρωμαίων Αθηναία πεντακοσία.

Nr. 153. v. 1. post πάντα comma ponendum. Intelliguntur agri
Herodis, in quibus ipse sepultus erat.

[Not. p. 923. l. penult. στυγιῇ παιδός. lego στυγνῇ, ut recte ex-
cused in margine T. II. p. 804.]

Post Nr. 135. inseri potest Inscriptio a *Sestinio* edita in libro, cui
titulus: *Descrizione del Museo del Principe di Biscari, nuova edi-
zione*. 1787. p. 6. cujus libri notitiam debeo *Welckero* v. cl. Reper-
tus est lapis anno 1771. prope Monasterium Ordinis S. Benedicti in
Catania, eumque princeps cum tabulis aere incisis edere constituerat;
quod consilium exitum habuisse non videtur. Inscriptio sic habet:

ΒΑΙΟΝ ΕΜΕ ΝΥΜΦΑΙΣ ΕΡΙΟΝ ΚΑΜ.....
ΟΤ ΓΑΡ ΜΟΙ ΣΘΕΝΑΡΗΝ ΧΕΙΡ ΕΠΕ.....
ΑΜ ΕΝΕ ΜΟΙ ΚΑΜΑΤΩΝ ΕΥΡΕΝ ΤΕΛΑ.....
ΑΙΧΘΟΙ ΛΑΙΝΕ ΗΣ ΑΥΛΑΚΟΣ ΥΔΡΟ.....
ΤΗΝ ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΝ ΕΣ ΗΕΡΑ ΠΟΜ....
ΝΑΜΑ ΦΕΡΕΙΝ ΚΑΘΑΡΟΝ ΕΝΝΑΕΤΑΙ....
ΕΝΝΟΙΟΤ.

Haec *Welckerus* in hunc fere modum legi posse existimabat:

Βαίον ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμ[νεῖν θέμις ἐστίν·]
οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ' ἐπέ[δωκε θεός·]
ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλος [ἀγλαὸν ὕδωρ],
ἀγχόθι λαϊνέης αὐλακος ὑδροχόην,
τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἡέρ' [Ἀπολλωνίσκος]
νάμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέται[ς πόλεος].

hac nota addita: „In postica ejusdem lapidis parte incisa est Inscriptio
latina, quam Sestini, lacunis a Musei possessore expletis, ita exhibuit:

TemporVM INjurIA. NYMFΕVM

LaBe FOEDATVM. CVIVS. ETIAM. AQVA

Fluens. SVO. MEATV TAMEN. CORRVPCTIONE

Sordidum. ITA. FVERAT. POLLVTA. VT. QVANDAM

PernicieM. AVRIENTIBVS. INFERRE. VIDERETVR
 II. VV curA. ET ARSINI V. C. CONSVLARIS P. S.
 RestitutVM. ADQVE. VSVI. POPVLI SPLENDIDISSIMI
 Ad cultuM. REDDITVM. REFORMATVMQVE. EST
 CurANTE. FL. AMBROSIO V. P. DD. P. R. I.

Epigramma graecum non ad opus in hac inscriptione designatum pertinere, sed aliunde petitum, nec fortasse statim ab initio, cum illa conjunctum esse videtur ob argumenti qualemcumque similitudinem, quae Consularem istum aut amicum aliquem advertisset. Haud tamen scio, an hac ipsa conjunctione arguatur, talem aliquem sensum, qualem conjecturando inde elicui, in epigrammate fuisse expressum. Homo igitur, cui ob mediocrem fortunam levia tantum munera diis offerre liceret, parvo licet opere, gratum tamen (ἀλλὰ v. 3.) Nymphis praestiterat officium. Ipsius enim opera fons restagnans, et aquaeductu ad profluvium derivandum carens, eoque *corruptione pollutus* (ut est in inscriptione latina) sive *morbo laborans* (quae elegans Graeculi est metaphora v. 3.) restitutus erat, fossula inde ab αὔλακι marmorea, in qua nimirum aqua in nymphaeo scaturiens excipiebatur, ad urbem ducta. Ad v. 2. compara Xenophontis ἡ γεωργία πολὺ ἐπειδόλη. Quod v. 5. tertia persona poeta utitur pro prima, in eo haud magis offendendum hic, quam in simili personarum mutatione in Epigr. Appendicis nr. 322. p. 859. Si nomen Apollonisci, minus id Graecis frequentatum, displiceat, cum Jacobsio legatur, ἐς ἡέρα πολλὰ μογήσας, nomen proprium autem subsecutum fuisse statuatur, et ad id ipsum pertinuisse litteras adhuc extantes ENNOIOY, infra tria illa disticha in ipso versuum medio positas. Haec vir doctissimus, quibus adjutus aliam mutili epigrammatis restituendi viam tentavi hanc:

Βασιὼν ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμειν [Ἀμβροσίου φήν,
 οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ' ἐπέχειν θέμις ἦν.
 ἀλλ' ἐν ἐμοὶ καμάτων εἶρεν τέλος· ἡρίον ὦδε,
 ἀγχοῦθι λαϊνέης αὐλακος ὕδροχόου,
 τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἡέρα, πολλὰ μογήσας,
 νῆμα φέρειν καθαρὸν ἐνναίταις Κατάνης.

Ille, de quo hoc epigramma narrat, Ambrosius, aquae ductum prope Catanam, ut videtur, extruxit, sed morte impeditus, opus illud non ita, ut animo conceperat, perfecit. Erat hic ultimus laborum ejus, quare monumentum ei (ἡρίον) in illo loco collocatum erat, prope canalem saxeam, quo effecerat, non sine multiplici opera, ut limpida aqua e

terrae visceribus in auram ederetur. Diversa sunt igitur opera, de quibus latina et graeca Inscriptio agit, sed ejusdem tamen hominis cura facta. De formula πολλὰ μογίστας dixi in Animadverss. T. I. P. I. p. 389. Similiter *Agathias* Cap. IX. nr. 677. *τέυξε με πολλὰ καμὸν Μουσώνιος, οἶκον ἀγῆτόν.* Caeterum auctor epigrammatis numerorum magis, quam syllabarum mensurae studiosus fuit, quippe qui v. 1. in ἐμὲ ultimam produxit, et v. 6. in καθάρων, quod facile vitasset verbis transpositis: ἐνναέταις Κυτάνης νῦμα φέρειν καθάρων.

Nr. 147. v. 4. γηραὸς alibi non occurrit, sed γηραιός, quod reponendum esse non dubito, media correpta, ut ap. *Tyrtaeum* I. 20. *γεύγετε τοὺς γεραιούς.* *Euripid.* *Hec.* v. 64. in anapaesticis: *γεραιὸς χειρός.* Contra in *Oracul. Sibyll.* L. I. p. 165. οἱ δὲ τ' ἰθύντῃρες ἀγήρατοι ἥματα πάντα. scribe: οἱ δὲ τε ἰθύντῃρες ἀγήρατοι. ut L. II. p. 274. οὐ βόες ἰθύντῃρες ἀροτρεύουσιν ἄρουραν.

Post nr. 176. inserenda inscriptio, quae legitur in eleganti anaglypho ex marmore in Alexandri honorem, quod inventum prope viam Laurentinam edidit et explicavit Vir illustris, *Ennius Quirinus Visconti*, in *Sanctae Crucis (Sainte-Croix)* *Examine crit. Historicorum*, qui de rebus Alexandri M. tradiderunt, edit. sec. 1804. p. 777. Inscriptio haec est:

ΒΗΤΑΞΑΝ ΒΑΣΙΛΗΣ ΕΜΟΝ ΔΟΡΥ ΕΘΝΑ ΤΕ ΑΥΤΩΝ
ΟΣΣΑ ΠΕΡΙΞ ΓΑΙΗΣ ΩΚΕΑΝΟΣ ΝΕΜΕΤΑΙ
ΒΙΜΙ Δ ΑΦ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΔΙΟΣ ΕΚΙΘΝΟΣ ΤΙΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ
ΔΙΑΚΙΑΩΝ ΓΕΝΕΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΟΛΥΜΠΙΑΔΟΣ.

V. 1. Caelator, multum ille epigrammatis auctori ab arte praefrendus, in τε litteram elidendam, ut etiam in marmoribus fieri solet, expressit. Jejunus versus exitus. Ad Doricum ἔπταξαν pro ἐπτιξαν retuleris glossam *Hesychii* ἐπτακίνει, *κεκρυφέναι*, et πύνες, *δειλοί*, ἐπτηχότες. Sed memorabilis est dialectorum in duobus his distichis confusio; certe enim post ἔπταξαν etiam γαίας, γενεᾶς et ματρός expectari debebat. V. 2. ὅσσα περίξ γαίης ὤκεανός νέμεται. Haec verba sic interpretatur cl. editor: quaecunque Oceanus terram circumfluens alit; νέμεται pro νέμει positum esse statuens, nisi caelator ὤκεανός perperam dederit pro ὤκεανόν, aut νέμεται pro νεμέθει. Verba auctor sic videtur junxisse: ὅσσα ὤκεανός περίξ γαίης ὦν (i. e. τὴν γῆν περιέχων) νέμεται. quaecunque Oceanus terram circumfluens tenet. A significatione colendi, qua νέμεσθαι proprie gaudet, pendet altera possidendi, tenendi, habendi. *Herodot.* IV. 165. p. 555. 61. ἡ δὲ μίτηρ Φερσί-

μη... εἶχε αὐτὴ τοῦ παιδὸς τὰ γέρεα, ἐν Κυρήνῃ καὶ τὰλλα νεμομένη, καὶ ἐν βοιῇ παρίζουσα. *Thucyd.* II. 15. ξυνώκισε πάντας, καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἐκάστοτε, ἅπερ καὶ προτοῦ, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι. — V. 4. υἱὸς Φιλίππου. *Correptio syllabae* ὅς ante consonantem pessimum versificatorem prodit. Editor comparat *Otl.* α. 47. ἄλλος ὅστις. ubi nunc ὅτις legitur; et *Aratum* v. 1002. ὥρῃ ἐσπερίῃ κρούζει πολύφωνος χορῶν. Sed apud hunc quoque mendum sublatum Codd. ope, qui πολύφωνα dederunt.

Post Nr. 181. inseras licet Inscriptionem ex marmore Farnesino editam a v. cl. E. Q. *Visconti* in Monumenti Gabini della Villa Pancina, 1797. p. 154.

Ἐστὼς διατάξεις, τίς ἵππεστιν τῷδ' ὑπὸ τύμβῳ;
 ἀνὴρ εὖ ζήσας τρεῖς ἐτέων δεκάδας.
 τοῦνομ' Ἀπολλοφάνης, πίστει μίγας, ἧδ' ἔτι δόξῃ,
 ὃς προλίσγει θνητοῖς εὐφροσύνης μετέχειν.
 τὴν δ' ἐπιτεμβίδιον τούτῳ θῆκεν χάριν, ὃν τρέφε παῖδα.
 τοῦνομα καὶ τέγγην ἦν Διόδωρος ὕδα.

V. 2. *ANHP* est in marmore; ὡνὴρ scripsit cl. editor, sine causa idonea, Vid. *Porson.* ad *Eurip.* Phoen. v. 1617. V. 5. τούτῳ abundat in versu; de quo genere interpolationum supra monui ad *Epigr.* post Nr. 105. inserendum. Ad v. 6. *Visconti* monuit, solere poetas graecos ludere in nominibus ex ὁῶρον compositis; ut *Meleager* in Prooemio v. 44. Vid. in his Addendis notata ad Cap. IX. nr. 615.

Nr. 182. v. 2. εὖιστον mutandum esse negat etiam *Wyttenbachius* ad *Plutarch.* T. XI. p. 155. ubi h. l. sic interpretatur: „εὖιστον est bene notum, celebrem, ut αἶστος, ignotus: αἰρεῖν πόθον, capere desiderium, idem est, quod τυγχάνειν τοῦ ἔρωτος, potiri desiderio suo: et sub τὸν δ' ἀνέθηκε audiendum στέφανον vel simile, ex hac in epigrammatibus dedicationem habentibus frequente ellipsi. — Igitur sensus est: Eurydice H. hanc (sc. coronam, vel tale quid) Musis dedicavit, animo consecuta celebratum desiderium, cognitionis literarum.“

Nr. 198. v. 2. *KAIK* etiam in *Zoegae* apographo esse, per litteras me docuit *Welckerus*.

Post Nr. 202. inseratur epigr. in Pindarum, ex Cod. Vratislaviensi nuper a *Schneidero* V. cl. editum in *Nicandri Theriacis* p. XVII.

Ἡ μάλα Πρωτομάχα τε καὶ Εὐμητις λυγέφρων
 ἔκλυσαν πινυτά Πινδάρου θυγατέρες,

Ἀργόθεν ἦμος ἵκοντο κομίζονσ' ἔνδοθι κρῶσσοῦ
λείψαν' ἀπὸ ξείνης ἀθροῖα πυρκαϊῆς.

V. 1. *λεγύφωνοι* corrigit editor. V. 2. *Πίνδαρον αἱ θίγατρες.* Idem. Notatu dignum, quod auctor epigrammatis Pindarum Argis defunctum et crematum narrat.

τέφρη πῦρ ὑποθαλπ. Schneiderus et Graefius, quod ob maiorem concinnitatem recepi. V. 5. ὃ τι καὶ βούλεσθε. P. ὃ τι κεν βούλησθε. Br. in Lectt. Membranarum lectionem servavi cum Graefio. Vid. ad nr. 65. v. 1. V. 6. πρὸς δ' ἰκέτην. P. εἰρκτὴν Br. c. Buherio. Cogitabam de πέδην. At nec hoc caeteris convenit. Scribe: πρὸς δ' ἀκτῖν' αὐτομολεῖτε τάχος. radii et splendor pulcritudinis ubi lucent, eo convertimini. Jam bene habent proxima: ὀπτασθ' ἐν κάλλει. Meleager pag. 586. nr. 110. χαῖρε Πόθων ἀκτίνα φέρων θνατοῖσι, Μυῖσκε. Id. p. 588. nr. 127. διπλαῖ δ' ἀκτίνες με κατέφλεγον· αἱ μὲν Ἐρωτος, Παιδὸς ἀπ' ὀφθαλμῶν, αἱ δὲ παρ' ἡλίου. P. 599. nr. 196. ὀφθαλμοὺς σπινθήρας ἔχεις . . . μᾶλλον δ' ἀκτίνας, δέσποτα, πυρσοβόλους. Nonn. Dion. XXXV. p. 874. 22. καὶ βλεφάρων ἀκτίνες ἐμοὶ γυγιάσιν οἷστοι. Ib. VIII. p. 244. 9. οὐ βλεφάρων ἀκτίνα σπασφόρον, οὐδὲ προσώπου μαρμαρυγὰς ἐνόησα. Musaeus v. 90. σὺν βλεφάρων δ' ἀκτίσιν ἀέξετο πυρρὸς ἐρώτων. Philostrate. Epist. LXXII. p. 949. ad mulierem: ἦν (γαλήνην) εἰ μὴ θολώσεις, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν αἰθέρι βλεπόμενον δόξεις. εἰ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα, κακεῖνό που κατὰ Πίνδαρον, τὸ τὴν ἀκτίνα, τὴν ἀπὸ σοῦ πηδῶσαν, εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μέτρα. Quae respiciunt locum nobilissimum Pindari de Theoxeno ap. Athen. XIII. p. 564. D. E. p. 601. C. D. τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας ὄσων μαρμαριζοῦσας Δρακίς, ὅς μὴ πρόθῃ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος ἢ ἐκ σιδάρου κεχάλευται. — V. 7. ὀπτασεν. P. ὀπτασθ' ἐν. Br. cum Scalig. ὑποκαύμενοι. P. ὑποκαυόμενοι. Br. Meleager ab Atticis formis abstinuisse non videtur.

Nr. 93. ζιανοῦ. Br. I. 480. nr. 4. An. I. 2. p. 322. V. 2. ῥίψω ἰξῶ. P. ῥίψῃς ὡς ἰξῶ. Br. c. Reiskio. V. 5. χρύσειον. P. χρύσειον. Br. V. 6. οὐρανίης. P. οὐρανίη. Br. V. 7. λεπτήν γε. P. λεπτίν γε. Br. V. 8. μένεις. P. μενεῖς. Br. Quod vide an sit necessarium. Cf. ad p. 122. nr. 228. p. 257. nr. 206. v. 4. V. 10. καὶ νεάτορας. P. κέε νεάτορας. Br. c. Reiskio. Praepositione carere posse videmur. Dionysius ap. Stephan. Byz. p. 258. ὅσων ἀνὴρ ἀντίσει . . . Ἡῶθεν κνέφας ἄκρον ἐπιεγομένους ποσὶν οἶσιν. i. e. ἐξ ἡούς εἰς τέτα. Et sic passim reperitur ἡμίραν ἐξ ἡμέρας. — μολεῖτε. Vid. ad Christodori Ecphr. v. 128. p. 67. μόλοιτε corrigit Schaefer. ad Sophocl. Tom. II. p. 329. Sic optativus legitur inter duos imperativos in Eurip. Med. v. 514. Fors. et passim alibi. Vid. ad pag. 204. nr. 391. v. 1. — V. 10. ἀμφιέσσεθε. P. ἀμφιέσασθε. Br.

Nr. 91. μελεαγρῷ. Br. I. 14. nr. 46. An. I. 1. p. 64. V. 1. *τερπνός μιν*. P. Br. Acute monuit Graefius, dicendum fuisse, ob quamnam rem Diodorus poëtae jucundus fuerit visus, corrigitque: *Στέρνοις μιν Διόδωρος*. quam elegantem conjecturam maxime stabilias licet ep. ἀδήλῳ p. 584. nr. 96. καὶ στέρνοις ἀμφιπέθαλε χάρις. Durum tamen, dativos in hoc disticho, qui in vulgari lectione cum *τερπνός* cohaerent, Graefiana emendatione admissa pendere ab ἡδὺς in ἡδυεπής. Quare vide an non potius scribendum sit: *τερπνός ἀκμὴν Διόδωρος*. quo admissio et sensus erit integer, et structura verborum expeditissima. Rhian. nr. 93. τῇ μὲν γὰρ Θεόδωρος ἄγει ποτὶ πίονα σαρκός ἀκμὴν. Phronto p. 607. nr. 233. τὴν ἀκμὴν Θησαιρὸν ἔχων . . νομίζεις. Diodorum itaque in ipso juventutis flore positum fuisse existima; cui aetati convenit mox epitheton ei tributum ἀπαλόχρους. In ἀκμῇ prior corripitur non solum ap. Tragicos; vid. Br. ad Sophocl. Aj. 921.; sed etiam ap. epigrammatographos. P. 601. nr. 211. v. 1. p. 606. nr. 251. v. 2. ἦν δ' ἀκμάση est p. 600. nr. 205. εἰ παρακμάσει. p. 606. nr. 248. — V. 3: ὁδε. P. ὃ δε. Br. φιλοκλείς. P. Br. Scripsi Φιλόκλεις. V. 5. νόος. P. νοῦς. Br. V. 6. λιγνός ἐὼν βλέψ. P. ἐν βλέψῃ, quod cum Graefio recepi.

Nr. 95. τ' αὐτ'. Br. I. 4. p. 5. An. I. 1. p. 21. V. 1. Scr. Φιλόκλεις. V. 3. ἀντίος ἦδη. P. εἰδῆ. Br. in textu; εἶδοι in Lectt. quorum neutrum ferri potest. V. D. in Ephemer. Jen. l. c. p. 438. ἦδοι legendum suspicatur, a rariore ἦδω i. e. τέρω. ἀντίος Ἰλλοι Graefius in not. mst. cui conjecturae hoc unum obstat, quod verbi simplicis ἰλλεῖν, hac significatione usurpati, exempla non extant. Scribendum dicerem, ἀντίος ἴζοι Δωρόθεος. ut in carmine Sapphus ap. Longin. c. 10. ὅστις ἐναντίος τοι Ἰοδεῖ. quod respicit Lucian. Amor. §. 46. Tom. V. pag. 309. ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθέζεσθαι, καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκοῖειν. et Ib. §. 53. pag. 317. οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ θεωρεῖν ἐρώμενον, οὐδ' ἀντικρὺ καθημένου καὶ λαλοῦντος ἀκοῖειν. Sed hoc fortasse nimium abest a codicis ductibus. V. 5. τόδ' εὐστοχόν. P. τόδε γ' εὔστοχόν. Br. qui etiam δ' omisit post Οἰδίαδης. Veram lectionem distinctione mutata restitui in Ad-dend. Tom. III. 2. pag. 371. V. 8. Εἰδῆμον τιτθόν. P. Εὔδημον τιτθόν. Br. τιτθόν de pueri vasculo accipit Graefius. Codicis lectionem proscribere non sum ausus. Pollux L. II. 163. οἱ δὲ μαστοὶ καὶ τιτθοὶ καλοῦνται, καὶ τιτθία· μάλιστα δὲ ἐπὶ γυναικῶν. Theomnestus

ap. Lucian. T. V. p. 318. suos puerorum amores describens: ἔγρως ἡ δεξιὰ κατὰ κόλπου δῦσα, μαστοὺς βραχὺ τὴν φέσιν ὑπεροιδῶντας πιάζει. — V. 10. λωπάδα. P. λοπάδα. Br.

P. Nr. 96. ἄδηλον. Br. III. 158. nr. 36. An. III. 1. p. 308. V. 1. βοᾶτε. P. βοᾶται. Br. V. 8. ἀγαλλόμενος. P. ἀγαλλόμενον. Br. Quod pedes deformes non poterunt efficere, id crepida efficiet elegans. —

Nr. 97. ἀντιπάτρ. Br. II. 6. nr. 3. An. II. 1. p. 17. V. 1. εἶσον. P. ἴσον. Br. V. 2. μίση' ἀπὸ κρητῶν. P. μίση' ἐπὶ τὸν Κρ. Br. cum Salmas. V. 3. ποδαλείριον. P. Br. Ποδαλείριος malit Toupinus, quo admissio oratio hiat. εἰς videtur subaudiendum. Vid. ad nr. 93. v. 10. In Podalirii nomine ludit Lucian. in Alex. §. 59. T. V. p. 117. ἀπέθανεν ὡς Ποδαλείριον υἱὸς, διασαπείσιν τὸν πόδα μέχρι τοῦ βουβῶνος. V. 5. τῷ τὰτ'. P. V. 6. αἰακίδαο. P. αἰακίδα. Br. αἰακίδεω scripsi; ut supra p. 565. nr. 407. κρονίδεω pro κρονίδαο.

Nr. 98. ποσιδίππ. Br. II. 48. nr. 9. An. II. 1. p. 141. V. 3. βίβλοισ. P. βιβλοῖς. Br. Greg. Naz. de Reb. Suis v. 440. Opp. T. II. p. 39. A. de matre sua: ἀλλ' ἢ γ' ἐλπωρῇσιν ἀμείνοσι μοῖραν ἐνεῖμε σοὶ τεκίων· βιβλοῖσι δ' ἐμὰς χέρας (Fort. φρένας) ἤγγισε θείαις. — πεπονημένη. Maxim. Tyr. Diss. XIII. 5. p. 240. ἡ μὲν οὖν ἀγαθὴ ψυχὴ καὶ διαπεπονημένη καὶ ἡσκημένη ἀμείλει, καὶ ὡς τάχιστα ἐφίεται γυμνωθῆναι. — ἀλλαθερίζει. P. ἀλλ' ἀθερίζει scribendum erat. Olim suspicatus sum: ἀθλ' ἀθερίζει. labores ipsi impositos contemnit. ἀθλα pro ἀθλοῖς, ut in ep. Antiphili p. 387. nr. 192. v. 4. et ap. Pindar. Ol. 1. 5. ἀεθλίᾳ γαρύν. Schol. ἀθλον καὶ βραβεῖον τὸ αὐτό . . . ἐνταῦθα δὲ ἀθλα λέγει τοὺς ἀγῶνας. — Nr. 99. ἄδηλον. Br. III. 152. nr. 9. An. III. 1. p. 290. V. 1. ομηδ'. P. οἰδεμαθὺν περ. P. οἰδὲ μαθὺν περ. Br. Non satis haec placent. Vide an corrigi debeat: ἡγρενθην ἰπ' ἔρωτος, ὁ μὴδ' ὄναρ· οὐ δ' ἔμαθὺν πω Ἄρσενα . . Ad verba, ὁ μὴδ' ὄναρ subaudi, ἀγρεύθει. V. 2. θερμόν. P. θεσμόν. Br. et Corn. de Pauw in not. mst. i. e. θεσμόν ἔρωτος ἀρσενικοῦ. θεσμός ἔρωτων est ap. Coluth. 95. 154. Musae. 145. V. 4. κατην-θράκισεν. P. litteram paragogicam omisit Br.

Nr. 100. ἄδηλον. Br. III. 159. nr. 44. An. III. 1. p. 313. V. 1. εἰσοίων. P. εἰς οἶον. Br. οἶων restitui c. Dorvill. Vann. crit. p. 155. — λιμναξενον. P. λιμένα ξενον. Br. Non minus bene haberet: λιμέν' ἄξενον. V. 3. ἡμ' ἐθ. P. ἡ με θέλει. Br. — Nr. 101. μελέαζεν

Br. I. 12. nr. 37. An. I. 1. p. 56. P. V. 5. τῷ δ' ὅσον ἐμπνεύσας. P. τῷ δ', ὅσον ἀμπνεύσας. Br. c. Salm. in Ap. G. et R. — τί θαμβεῖς. P. τί θάμβος. Br. ut in Ap. G. R. Illud restitui: cur tuam de me victoriam tantopere admiraris? — V. 6. ἀπ' οὐλύμπου. P. ἀπ' οὐλύμπου. Br. — Nr. 102. καλλιμα^ς. Br. I. 463. nr. 11. An. I. 2. p. 263. V. 1. ὠγρευτής. P. V. 3. στείβη καὶ νιφετωῖ. P. στίβη. P. στίβη. Br. c. Anna Fabri. Od. ε. 467. μή μ' ἄμυδις στίβη τε κακῇ καὶ θῆλος ἐίρησιν Ἐξ ὀλιγηπελῆος θαμάσῃ. Ἰλ. ρ. 24. μή με θαμάσῃ Στίβη ὑπνοίῃ. Cum Horatianis h. l. comparans Mitscherlich. T. I. p. 16. miratur, verba πάντα λαγῶν et πάσης δορκαλίδος a nemine interpretum in mendae suspicionem fuisse vocata. Ipse legendum suspicatur, πτώκα λαγῶν et λασίης δορκαλίδος. At vulgata in h. l. non magis debet in suspicionem vocari, quam Homericum οἰωνοῖσι τε πᾶσι Ἰλ. α. 5. quod frustra sollicitavit Zenodotus. In talibus πᾶς hyperbolen habet minime injucundam; et hoc praesertim loco indefessum venatoris studium bene repraesentat. Frequens haec hyperbole in πάντες ἄνθρωποι, ap. Herodot. VII. 56. et αἰῶς, quos ibi laudat Valkenar. p. 536. nr. 35. cuius interpretationem, παντοῖοι aut παντοδαποὶ, merito improbat Hermann. ad Viger. p. 723. — V. 4. τηῖ. P. τη. Br. ἔλαβεν. P. ἔλαβε. Br. — Sequitur in Cod. ultimum epigrammatis Callimachei distichon cum lemmate ἄθλων. Ibi pro χούμος legitur οὐμός, et προσφέρεται pro παρπίτταται.

Nr. 103. ἄθλων. Br. III. 158. nr. 37. An. III. 1. p. 309. V. 1. πῆν μ' ἀδικεῖ. P. ἦν μ' ἀδικῇ. Br. c. Plan. — Nr. 104. ἄθλων. Br. III. 153. nr. 12. An. III. 1. p. 293. V. 1. μόνον. P. Br. μόνω. Pl. — Nr. 105. ἀσκληπιάδ. Br. I. 212. nr. 5. An. I. 2. p. 24. V. 2. ἔψοῦ. P. γηοίρ. Br. τρετρεοῦ. in marg. Ap. G. R. Verbum dicendi abesse non potest; sed aliud quid lectum fuisse puo quam γηοί. V. 3. αὐτοῦ. P. αὐτόν. Br. V. 4. δισσενι συμφέρομαι. P. τῷ δ' ἐνι προσφέρομαι. Br. Velli, quod jam olim adstruxi in Animadversionibus, εἰς ἐνι συμφέρομαι. Cf. ad p. 204. nr. 337. Graecus ad Meleagr. p. 150. distinctione mutata legendum existimat: οὐ πολλοῖς, ἐν-πρὸς δ', εἰς ἐνι προσφέρομαι. Codicis lectio non satis video cur Brunkiano προσφέρομαι cedere debeat, quum συμφέρεσθαι quoque accedendi et consentiendi significatione usurpetur; (Themist. Or. XI. pag. 150. A. ὥστε ἀλλήλοις ἔτι καὶ νῦν διαφέρονται, Ῥωμαῖοις δὲ συμφέρονται καὶ συμπίπτουσι.) nisi accipere malis pro contentum esse:

unus uno contentus sum. ut ap. Plutarch. T. II. p. 461. B. διὸ μεῖζον οὐδὲν εὐκολίας καὶ ἀφελείας ἐφόδιον εἰς πραότητα πρὸς οἰκέτας καὶ γυναῖκα καὶ φίλους τῷ δυναμένῳ συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσι, καὶ μὴ θεωμένῳ πολλῶν καὶ περιττῶν.

Nr. 106. μελεᾶγρ. Br. I. 13. nr. 39. An. I. 1. p. 58. V. 1. ἔν μοι. P. ἐν ἐμοί. Br. V. 4. ψυχῇ. P. ψυχῆς. Br. c. Salm. in Ap. G. R. Rectius ψυχῇ, quod Gracius comparat cum Eurip. Hec. v. 255. ἦν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι. Lucian. Cron. §. 17. T. IX. p. 20. οἱ δὲ διάκονοι πρὸς χάριν μηδενὶ μηδέν. — Nr. 107. ἄδηλον. Br. III. 153. nr. 13. An. III. 1. p. 293. V. 1. ἔχοιτε. P. ἔλοιτο. Br. c. Salm. in Ap. G. R. ἐλοιμην τὰ ὑμέτερα. Lucian. Hermotim. §. 30. Sic ἐλοῖν et ἔχων permutata p. 191. nr. 259. v. 5. p. 301. nr. 600. v. 1. — V. 2. ταμὰ κεισιωρας. P. τὰμά, καὶ εἰς ὥρας. Br. c. Salm. αὐθις. P. αὐτῆς. Br. V. 4. φνόμενον. P. φνρόμενον. Br. c. Salm. —

Nr. 108. διονουσι. Br. II. 254. nr. 4. An. II. 2. p. 250. V. 1. ἄκρατε. P. ἄκρατε. Br. V. 2. χεῖω καὶ χεῖου. P. χίω καὶ χίου. Br. V. 3. ἀμφὶ σέ. P. ἀμφὶ σε. Br. κρίναις. P. κνίνης. Br. in textu. In Lectt. κρίναις commendat. βαιή. P. βαιή. Br. V. 4. τυφόμενος. P. τερπόμενος. Br. c. Salmasio. In Lectt. φνόμενος c. Toupio. Cf. Schneider. Peric. crit. p. 23. et ad Aelian. H. An. II. 4. p. 42. — Nr. 109. μελεαγρ. Br. I. 22. nr. 76. An. I. 1. p. 89. V. 3. γλευκὸν πικρόν. P. γλυκύπικρον. Br.

P. Nr. 110. τοῦ αὐτοῦ. Br. I. 15. nr. 38. An. I. 1. p. 57. V. 1. ἦσθραψε. Vide an integrum sit epigramma. Certe nominativi ommissio durior. V. 3. ἀκτίνα. P. ἀκτίνα. Br. — Nr. 111. ἄδηλον. Br. III. 154. nr. 15. An. III. 1. p. 295. Nr. 112. ἄδηλον. Br. I. c. nr. 16. An. I. c. V. 1. ἐρώτα λέγει. P. ἐρωτ' ἀλεῖ. Br. Cf. ejus Notas in Aristoph. Nub. v. 1299. Scripsi, ἐρωτ' ἄγει. quod depravatam est syllaba interposita, ut ὅλοις et ὀλέγοις ap. Themist. Or. XXIII. p. 298. B. et similia, quae vid. ad p. 565. nr. 408. v. 1. Nec facile erit, qui obsceno ἀλεῖ nostram lectionem non praeferat, quae multo melius cum δήσας conspirat. Homer. Ἰλ. β. 231. ὃν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω ἢ ἄλλος Ἀχαιοῖν. Meleager p. 587. nr. 119. καὶ με πάλιν δήσας τὸν οὖν ἄγεις ἐκέτην. Mosch. Eid. I. 24. ἦν τὸν ἔλῃς τῆνον δάσας ἄγε. ubi frustra Wakefieldius praefert δαμάσας a nonnullis Stobaei Codd. oblatum. Lucian. Tom. VI. p. 2. ἀπάξει γὰρ σε ἀναδυσσάμενη ἐνθα ἂν

ἐθείλῃ. Euripid. Bacch. 412. γελῶν δὲ καὶ δεῖν ἀπάγειν ἐφίετο. — V. 2. πομφυρέη .. ἀρπεδόνῃ. P.

Nr. 113. μελεάγρ. Br. I. 22. nr. 75. An. I. 1. p. 89. Non magis puerile est hoc epigr. quam nr. 82. et nr. 83. quod bene intellexit Planud. p. 472. St. V. 1. ἔρως δέσμιος ἦλω. De puella pulchritudine conspicua Libau. Tom. IV. pag. 1071. 2. καὶ Μοῦσα μᾶλλον ἢν τῶν Μουσῶν, καὶ δέσμιον εἶχε τὸν Ἐρωτα. V. 2. ἀγρευθεὶς τοῖς σοῖς. P. τοῖς σοῖς ἀγρευθεὶς. Br. c. Plan. Cf. Graef. p. 102. — Nr. 114. τ' αὐτ'. Br. I. 22. nr. 74. An. I. 1. p. 89. — Nr. 115. ἄδηλον. Br. III. 156. nr. 25. An. III. 1. p. 301. V. 1. δέ μοι. P. δ' ἐμοί. Br. V. 4. ἔχων. P. ἔχω. Br. c. Reiskio. Lectionem Codicis restitui, verbis ad mentem Schaeferi distinctis.

Nr. 116. ἄδηλον. Br. III. 155. nr. 24. An. III. 1. p. 300. V. 1. ὄλος μέγα. P. ὄλος μέγα. Br. V. 3. Verba ἔστι δ' ἄωρι καὶ σκότος Br. pro famuli verbis habebat. Quod minime necessarium. Sibi ipse

poëta comissabundus haec objicit. — Nr. 117. μελεάγρ. Br. I. 17. nr. 56. An. I. 1. p. 72. V. 2. τὸν ἔχεις. P. τὴν ἔχεις. Br. V. 3. ποῖ θυμὲν τρέπη. P. πῇ. Br. quod me invito in textu remansit. ποῖ τις τρέπεται. Aristoph. Thesm. v. 603. Vid. Herm. ad Eurip. Herc. fur. p. 78. — τί δ'; ἔρῳσι λογισμός; Br. Distinctionem post τί δ' sustuli. V. 4. τάχος σπουδῆς. P. τάχος, ποῦ δ' ἦ. Br. c. Reiskio. —

Nr. 118. καλλιμα. Br. I. 462. nr. 5. An. I. 2. p. 256. V. 1. ἀρχεῖν. P. ἀρχεῖν. Br. c. Bentlejo. V. 2. ὄραι. P. ἔχει. plura apogr. et Br. ὄρα tuetur Bentlejus. V. 3. με ἀνάγκασεν. P. ἐμ' ἀνάγκασαν. Br. Scripsi, μ' ἠνάγκασεν. quod mihi lenius videbatur, quam μ' ἐπανάγκασεν, quamvis hoc quoque per se bene haberet. Singularem verbi numerum non mutavi. Lycurg. Or. c. Leocr. p. 192. οἱ παῖδες καὶ τὸ γένος ἅπαν . . . ἀνυγῆμασι περιπίπτει. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 271. et 487. — ὡν ὁ μὲν αὐτῶν. Hanc lectionem exemplis nonnullis a me firmatam, multo pluribus ex Nonno illustravit Goettling. in Animadverss. crit. in Callim. Epigr. p. 19. a. V. 4. ὃ δ'. P. V. 5. ἐβόησα. P. ἐκόησα. Br. c. Piersono. V. 6. τὴν γαρήν. P. unde τὴν δειρὴν fecit Bentl. Apud Plutarch. T. II. p. 455. B. ubi hoc distichon laudatur, vulgo τὴν φίλην legitur; unus ex Codd. Wytttenbachii τὴν γλιήν exhibet, ut Toupius ex conjectura restituerat. Hoc poëtae consilio aptissimum; nec multum interest inter syllabas λῖην et ἀρην. Sic

mox nr. 124. *γαῖην* et *φλῆην* confusa. Infelicem tamen illam emendationem appellat Göttingius p. 23. qui probat Reiskianam conjecturam, *τὴν γαιρήν*.

¶ Nr. 119. *μελεάγρ*. Br. I. 17. nr. 57. An. I. 1. p. 73. V. 1. *ναὶ μὰ σέ*. P. *ναὶ μά σε*. Br. — *ἄγρο*. P. *ἄγρο*. Br. in Lectt. *ἀγρό* scripsi, monente Schaefero, quem vid. ad Apoll. Rh. T. II. p. 176. et p. 663^b. V. 2. *ἀνιοχεῖ*. P. *ἀνιόχει*. Br. Mihi generalis sententia, imperativis postposita, non displicet. V. 4. *καὶ μί*. P. V. 5. *καὶ πιατός*. P. Br. Scripsi *ἄπιστος*, quod postea reperi in Ap. G. et R. Ap. Plutarch. V. Timol. c. 30. T. II. p. 112. ed. Cor. *τῶν δὲ περὶ Μάμερκον, τὸν Κατάνης τύραννον . . . φοβουμένων αὐτόν, ὡς ἄπιστον καὶ ἄσπονδον πρὸς τοὺς τυράννους*. haud scio an legendum sit, *ὡς ἄσπειστον καὶ ἄσπονδον*. ut *inexorabilem et implacabilem*. Haec vocabula crebro inter se permutari monuit Wesseling. in Epist. cr. ad Reimarum, ad calcem Dion. Cassii T. II. p. 1500. Cf. Pierson. Verisim. p. 253. At in Vit. Num. c. 12. bene habet vulgata: *κατηγοροῦντες ὡς ἔσπονδον καὶ ἄπιστον καὶ ἀκατάγγελλον ἐξηγνησάμενοι πρὸς αὐτοὺς πόλεμον*. ubi Reisk. *ἄσπειστον* dedit.

Nr. 120. *ποσιδίππον*. Br. II. 46. nr. 2. An. II. 1. p. 134. V. 1. *εὐόπλω*. P. *εὐοπλόν*. Br. c. Salm. in Ap. G. et R. Scripsi, *εὐοπλῶ*. *bene armis instructus sum*. Heliodor. L. VIII. 15. p. 342. ed. Cor. *Ἀιθιοπικῇ περιπίπτει λόχῳ καὶ πλήθει νεολαίας εὐοπλοῦσης*. — *προσσε*. P. *πρὸς σε*. Br. et sic iterum v. 4^{to}. — Nr. 121. *ρίανου*. Br. I. 480. nr. 5. An. I. 2. p. 323. V. 1. *ἤρανυπο*. P. *ἦ ῥά νύ σοί*. Br. c. Salm. in Ap. G. R. Lenius erat: *ἦ ῥά νύ τοι*. V. 2. *ἤντησανται*. P. *ἤντησανθ'* αἰ. Br. V. 3. *ῥοδόεσιν*. P. *ῥοδέησιν*. Br. c. Salm. Ob crebram permutationem syllabarum *αι* et *ε* praetuli *ῥοδέαισιν*. — *χέρεσιν*. P. *χέρεσι*. Br. V. 4. *χάρις*. P. *χάριν*. Br. V. 6. *αὐρηήν*. P. *αὐρήν*. Br. Illud ob cod. auctoritatem praetuli. Neutram formam aliunde enotatam reperio. — *ἀθέρικαν*. P. *ἀνθέρικαν*. Br. quod non magis occurrit, quam alterum. Scr. *ἀνθέρικα*.

Nr. 122. *μελεάγρ*. Br. I. 9. nr. 22. An. I. 1. p. 42. V. 5. *ὡς γὰρ Ὀλύμπω*. P. *ὡς ἀπ' Ὀλύμπου*. Br. Sed γὰρ abesse vix potest. V. 6. *ἔστω* friget. Hinc Graecus: *ὡς γὰρ Ὀλύμπου Ζεὺς νέον. novī Olympi Jupiter*. quod mihi non magis arridet. — Nr. 123. *ἄθλων*. Br. III. 156. nr. 26. An. III. 1. p. 300. V. 1. *πεγῆν*. P. quod falsum esse apparet ex v. 5^{to}. *πεγῆν*. Br. c. plurimis apographis. — Nr. 124.

ἄθλ' οἱ δὲ ἀρετῶν. Br. II. 79. nr. 2. An. II. 1. p. 199. V. 1. λάθρη. P. λάθρη. Br. παραφαίην. P. παρὰ φλην. Br. c. Salm. in Ap. G. R. V. 2. ἀκρηβήν. P. ἀκρήβην. Br. Sic etiam p. 154. nr. 71. v. 6. Cod. ἀκρηβῆς. ubi Plan. ἀκρίβαις, ut πρωθήβης et λαθήβης. V. 3. φαρέτρη. P. V. 4. αἰταῶν καὶ δονσεῖχ' ἄλ. P. δειμαίνω, et ἐνύπνιον ἦλθε, φαρέτρη αἰτῶν, καὶ δοιοὺς εἴλετ' ἄλ. Br. c. Salm. In Lectt. idem corrigit: αἰρων καὶ δοιοὺς ἤγετ' ἄλ. Neutra harum correctionum vera, nec verisimilis. Id quod ipse in textu posui, aliquam saltem a lenitate mutationis commendationem habet. Primum Codicis lectio δειμαίνων optime cohaeret cum praecedentibus; tum causa affertur timoris: καὶ γὰρ μοι ἐνύπνιος ἦλθε φαρέτρη, Ἀνταίων, καὶ δού' ὥχετ' ἀλεκτρούνας. nam per somnium puer ad me accedere visus est cum pharetra ad certamen me provocans, et gallis gallinaceis datis abiit. Prior pars somnii interpretatione non eget; galli autem gallinacei per quietem visi, στάσεων καὶ γιλονεικῶν εἰς σημαντικοί, secundum Artemidor. Onir. L. III. 5. p. 264. ed. Reiff. De praepositione ante φαρέτρη subaudienda vid. Dorvill. ad Charit. p. 698. Interpp. ad L. Bos p. 746. s. — ἀνταίων, μάχην sc. Meleag. p. 592. nr. 147. τίς τόσος ἀντῆραι καὶ πρὸς Ἑρωτα μάχην. Etiam sine accusativo. Vid. ad L. Bos p. 530. Fortasse tamen malis: ἦλθε φαρέτρη Ἀνταίων. pharetram tollens. — V. 5. ἀλλ' ὅτε. P. ἀναμείλ. P. ἄρα. Br. Scripsi ἡ ῥα, quum interrogationi nullus sit locus.

P. Nr. 125. μελεαγρ. Br. I. 9. nr. 24. An. I. 1. p. 43. V. 1. 2. γελῶντος ὀκτωκαιδέκτους παιδὸς ἔτ' ἐν χλαμίδι. P. γελῶντα ὀκτωκαιδέκτῃ καὶ δα μετ' ἀγκαλίσιν. Br. c. Salm. cujus tam importunae mutationis causa non satis apparet. ἐνύπνιον παιδός, est species pueri per somnium oblata. V. 4. ἐτρεπόμαν. P. ἐτρεφόμαν. Br. c. Salmasio et Scaligero. Scripsi ἐδρεπόμαν c. Graefio, hoc sensu: vana spe fruebar i. e. nil nisi spem, non veram solidamque voluptatem capiebam. Ἐλπίς est voluptatis imago. Sic p. 591. nr. 145. ὅχρετς μόχθων, δέσφρονες, ἀπρηκτοὶς ἐλπίσι μαινόμεθα. — V. 5. μνήμης. P. μνήμην. Br. πόθος μνήμης desiderium esse potest ex memoria illius somnii orta. Tum pro μεν legerim, μ' ἔτι, aut, quod lenius, μ' εἶ, cum Schaefero ad Apoll. Rh. T. II. p. 124. Luciani. in Somn. §. 5. T. VI. p. 297. ἔτι γὰρ σὺ ἀναπεμπάζῃ τὸν ὄνειρον, ὅστις ποτὲ ὁ φανεῖς σοι ἦν, καὶ τίνα ἰνδάλματα μάταια διαφιλᾷς, κενήν, καὶ ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος, ἀμενηνὴν τίνα ἐνδοκιμονίαν τῇ μνήμῃ, μεταδιώκῃ.

Post vers. 6^{um} spatium in Cod. relictum, librario fortasse ultimum distichon pro peculiari epigrammate habente.

Nr. 126. τ αὐτ. Br. I. 10. nr. 25. An. I. 1. p. 45. V. 1. ἤρηται. P. ἤραται. Br. cum omuib., quae vidi, apogr. ἀλέων. P. Br. ἀμύσσων dedit Graef. At Cod. lectio mihi quidem ad malitiosi pueri ingenium significandum optime habere videtur. Est autem ἀλλείν, γεγηθέναι, χαιρείν, γαυριᾶν. Plutarch. T. II. p. 22. E. ubi vid. Krebs. p. 139. s. Schol. ad Sophocl. Elect. 139. qui laudat Od. σ. 552. ἢ ἀλλέει, ὅτι Ἴφρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην. Scholion ad Aeschyl. S. c. Th. 393. a Brunkio laudatum p. 351. ἀλέων, κομπάζων καὶ χαιρών. Cf. Coray ad Plutarch. V. Artax. c. 14. T. V. p. 444. — V. 2. ἀκρονυχῇ. P. ἀκρονυχί. Br. Graef. Sermonis analogiam ἀκρωνυχί postulare iudicat V. D. in Ephem. Jen. I. c. p. 441. qui ipse ἀκρώνιξ corrigit. Cf. Schaefer. ad Apoll. Rh. T. II. p. 235. In idem inciderat Passovius in Actis phil. Societ. Lips. T. I. p. 104. in Libello autem de Lexicis gr. p. 84. s. ἀκρονυχί legendum arbitratur, excitans Etymol. M. p. 157. ed. Lips. αὐτονυχί, ἐπιζύρημα· σημαίνει δὲ τὸ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτί· ἄλλοι, αὐτοῖς ὄννξιν. Eadem syncope utitur Philippus p. 160. nr. 103. ἀκρονύχῳ κανόνι. Et epigr. in Planud. nr. 258. T. II. p. 704. Πᾶνα τὸν αἰγόνυχα. qui αἰγώνιξ est ap. Leonid. in Palat. p. 147. nr. 35. De forma adverbiorum in εἰ et ι et de quantitate huius terminationis vid. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 402. s. — V. 3. πάλι. P. ταχί. Br. c. Ap. G. R. V. 3. γράμμα. P. κῆμα. Br. c. Ap. G. R. τραυμά Graefius dedit cum Corn. de Pauw in not. mst. quam correctionem unice probat Schaefer. in Addend. ad Gregor. Cor. p. 883. Cod. lectionem per ζύσμα interpretari videtur Toup. Em. in Suid. T. II. p. 459. not. ed. Oxon. V. 4. καιόμενος. P. πιόμενος. Br. cum Apogr. G. R. Meleager p. 589. nr. 133. ἄξια πάσχεις ὦν ἔδρας ὀπτῶ καιόμενος μέλειτι.

Nr. 127. τ αὐτ. Br. I. 10. nr. 26. An. I. 1. p. 46. V. 1. εἰν-
ὀδιον στείχοντα. P. εἰνὸδιος στείχων τό. Br. c. nonnullis apogr.
μεσεμβρινόν. P. μεσημβρινός probabiliter corrigit Graefius. V. 2. ἀρ-
τικομαν καρπῶν. P. ἀρτικόμεν καρπόν. Br. ἄρτι κόμαν καρπῶν cum
Kochlero dedit Graef. quem vid. p. 70. De κόμη καρπῶν exempla
vid. ap. Matthae. ad Jo. Chrysost. Homil. IV. p. 6. not. 14. V. 3.
διπλαί. P. — Nr. 128. τ αὐτ. Br. I. 10. nr. 27. An. I. 1. p. 47.
V. 5. μὴ δέ. P. — στερχθέντα λέρη φ. π. δάφνι. P. στερχθέντα

λύρη . . δάφνη. Br. In Addendis Tom. III. 2. p. 375. correcti, τὸν στεφθέντα, λύρη, . . . δάφνη παρθενίη. quod Graefius in textu posuit. In idem nuper incidit Orell. in Append. ad Isocr. Or. π. ἀντιδ. p. 399. V. 4. παρθενίη. P. V. 5. σοὶ δὲ tuetur Graef. p. 73. σοὶ δέ, tibi, lyrae, oppositum τοῖς οὔρεσιν, in sylvis, i. e. Pani diisque sylvestribus. — Nr. 129. ἀρα. Br. I. 253. nr. 1. An. I. 2. p. 168. V. 2. ταῦτα. P. ταῦτό. Br. V. 4. ὀλίγοι. P. ὀλίγοις. Br. λειπόμεθα. P. Fortasse, *πειθόμεθα. sed de illo paucis litteris fidem habemus.* Quamquam totius epigrammatis sensus non satis expeditus. V. 5. τῷδ' οὐ γάρ. P. Br. Particulae causali locus esse non videtur. Scripserim: τῷδε δ' ἄρ' οὐ πέτραι ἐπιμάρτυρες. at huic non saxa testantur, sed Prieneus, quo nullus alius elegantior pulcritudinis arbiter.

¶ Nr. 130. ἄδελ'. Br. III. 154. nr. 14. An. III. 1. p. 294. Μελεagro tribuendum censet Corn. de Pauw in not. mst. V. 1. εἶπα καὶ πάλιν. P. εἶπά τε καί. Br. Alii δέ, δῆ, γέ, inserunt. Scripsi, quod proximum erat: εἶπα καὶ αὖ πάλιν εἶπα. ut p. 385. nr. 180. μεταντλῶσ' αὖ πάλιν. ubi Cod. μεταντλοῦσα πάλιν. ubi vid. not. Apud Hermian in Irris. Phil. Gentil. §. 7. p. 219. καὶ πάλιν αὐτῷ τοῦτο μεθαρμοῦσθαι. fortasse scribendum: καὶ πάλιν αὖ τούτῳ μεθ. Ibi- dem in linea praecedente, ubi de aëre agitur, legendum videtur: εἰ δὲ κατεπκνωθή, εἰς γῆν (vulg. καὶ πκνωθῇ, γῆ) ἐξαλλάσσεται. — V. 5. ναιμασε. P. Vid. ad nr. 119. v. 1. V. 6. ἀτρεκές. P. τῷτρε- κίς. Br. — Nr. 131. ποσιδιπῶ. Br. II. 46. nr. 3. An. II. 1. p. 135. V. 2. καὶ καλόν. P. Br. τὸ interposui. Poëtae illius aevi priorem in καλός, ubi in thesi est, corripere solent. Cf. p. 570. nr. 9. nr. 12. p. 571. nr. 20. p. 572. nr. 21. p. 573. nr. 28. nr. 29. nr. 35. p. 574. nr. 41. p. 575. nr. 45. p. 576. nr. 51. nr. 53. nr. 55. p. 577. nr. 62. p. 578. nr. 64. 65. 66. 68. et sic plurimis aliis in locis. Eandem legem Theocritus quoque sequitur, et Theognis. V. 3. ἢ τόν. P. Br. Scr. ἢ τόν. ut v. 2. σερίας.

Nr. 132. μελαγρ^s. Br. I. 18. nr. 58. An. I. 1. p. 74. V. 2. προσεπητημένη. P. προσεπταμένη. Br. V. 4. δέδεκεν. P. δέδεκε. Br. V. 5. ἔρανεν λειπόπρουν. P. ἔρρανε λειπόπρ. Br. cum plurimis ἀπογρ. ἔρρανε Graef. quem vid. p. 90. Alcacus Mess. p. 216. nr. 55. γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν ἔρραναν. Vid. Heyn. ad Il. XXI. Tom. VIII. pag. 181. — V. 7—14. pro peculiari epigrammate habendos esse

suspicitur Huschk. in Anal. cr. p. 43. in qua conjectura viro doctissimo assentiri nequeo. V. 9. ἄτεκνον. P. ἄτεκτον. Br. c. Ruhnk. Et sic habent apogr. G. et R. Cf. ad p. 109. nr. 151. v. 5. V. 10. ἐπὶ σοί. P. ἐπὶ σοι. Br. τρέφεται. P. τρέφeto. Br. c. Salm. in ap. G. R. quae necessaria correctio. V. 11. οὐκ ᾔδεις. Interrogandi signum addendum esse monui in Addend. T. III. 2. p. 379. Hoc postulant verba, αὐτὴ τοῦθ' εἶλον. V. 14. ἔδρασας. P. Br. ἔδρας Graef. et Porson. in Advers. p. 273. s. ed. Lips. Moleager p. 591. nr. 144. ὡς μολὶς οἱ ἔδρας πρόσθε παθῶν ἔμαθες. Ap. Achill. Tat. V. 25. p. 236. οὕτως σε ἀμύναιτο ὁ Ἔρως εἰς τὰς σάς. vitium primus notavit Astius.

Scribendum videtur, ὡς ἔδρασας. — Nr. 133. τ' αὐτ'. Br. I. 5. nr. 10. An. I. 1. p. 25. V. 1. διψῶν ὡς ἐφίλησα. In fr. Archilochi ap. Athen. L. X. p. 433. E. metro reclamante legitur: Μάχης δὲ τῆς σῆς, ὥστε διψῶν πιεῖν, Ὡς ἐρέω. fortasse scribendum: αἰνῶς ἐρῶ. vehementer cupio.

Nr. 134. καλλιμα^χ. Br. I. 464. nr. 12. An. I. 2. p. 264. V. 2. εἶδες. P. Br. ἐκτός. Salm. in Apogr. G. R. Ipse de αἰθῆς cogitabam. Sed nihil mutandum videtur. εἶδες, ὡς ἀνιερὸν πνεῦμα ἀνηγάγετο. quae verba utrum interrogative accipias, nec ne, non multum interest. V. 3. ἤγ' ἔπει. P. ἤγ' ἔπει. Br. cum Dorvillio. P. V. 4. Ap. Athen. ubi hoc distichon excitatur I. XV. p. 669. D. habetur vitiose: τῶν δένδρεων ἀπὸ στεγάνων π. ἐγένοντο χ. in qua lectione στεγάνων videtur sincerum. στομάτων. P. κροτάφων. Br. cum Dorvill. Lectio ἐγένοντο, Athenaei auctoritate firmata, non permutanda cum ἐχέοντο. Vid. de verbo γίγνεσθαι in motus significatione Stephan. Thes. L. Gr. T. I. p. 826. C. D. V. 5. ὠπτημαι μεγαλητί. P. ὠπτηται μέγα δὴ τι. Br. c. Bentlejo in Lectt. probat, quum in textu dedisset μεγαλωστί. Illud mihi ob pusillum discrimen litterarum λ et δ videbatur verissimum. At μεγαλωστί magis probat Vir doctissimus in Indice ad Gregor. Cor. V. μεγαλωστί. Parum interest. Illud tamen non temere praetulisse mihi videor. Strato p. 596. nr. 180. καὶ μ' ἔχει μέγα δὴ τι. Callimach. II. In Del. 60. σπερχομένη μέγα δὴ τι καὶ οὐ φατόν. Ib. 189. αἰνήσεις μέγα δὴ τι τὸν εἰν ἔτι χαυτέρῃ μάντιν. II. in L. Pallad. 142. ἢ μέγα τῶν ἄλλων δὴ τι περισσότερον. Apollon. Rhod. I. 253. Δίσω αὖ μέγα δὴ τι δεσάμμορος. Ib. III. 673. μὴ μέγα δὴ τι φέρη κακόν. Ib. 891. ἢ μέγα δὴ τι παρήλιτον. Ib. IV. 1255. βέλτερον ἢν μέγα δὴ τι μενοιώοντας ὀλεσθαι. Moschus. II. 142. οἶμοι

ἔγω μέγα δὴ τι θυσάμμορος. Orpian. Hal. IV. 194. μέγα δὴ τι περιτρομέοντι ἑοικώς.

δ

Nr. 135. ἀσκληπια. Br. I. 213. nr. 10. An. I. 2. p. 29. V. 2. ἦτησαν ἐν πολλαῖς νικασόρην πρόποσις. P. ἦνυσαν αἱ πολλαὶ Νικαγόρην πρόποσις. partim ex conjectura Salmasii. μῆνυσαν malebat Wyttenbachius. ἦτασαν exhibet Alberti ad Hesych. T. I. p. 1163. 13. Hanc quoque enuntiationem ad ὀλως referens, scripsi: ἦτασεν ἐν πολλῇ νικαγόρην πρόποσις. Non minus bene scripsissem: ἦτασεν ἢ πολλή . . . πρόποσις. Caeterum usitatus verbum compositum. Ut h. I. ἦτασα in ἦτησα depravatum, sic ap. Liban. T. IV. p. 456. 26. τούτων οὐδένα, ὅτε ἐτυραννεῖσθε, τῶν νόμων ἐζήτησα. marg. Morell. ἐξήτησα. Sor. ἐξήτησα. Proxima ibi sic videntur corrigenda esse: ἐβόα Κριτίας, οἶμοι (vulg. μῆ) πάτερ· ἔστησέ μοι τὴν χεῖρα τοῦνομα, τὸ καὶ πρὸς τὸν οὐ πατέρα μέγα θυνάμενον. — V. 3. ἐνύσταξε κητι. P. ἐνύστασε καὶ τι. Br. c. Salm. V. 4. σφιχθεῖς. P. σφιγχθεῖς. Br. — Nr. 136. ἄδηλον. Br. III. 157. nr. 33. An. III. 1. p. 306. Interpolatum exhibetur in Plan. p. 485. St. V. 1. μῆ μ' ἀνιάτε. P. τί μ' ἀν. Plan. V. 2. τρυφερῇ παιδός. P. τρυφερῆς παρθένου. Pl. quod variis conjecturis locum dedit.

Nr. 137. μελεαγρ. Br. I. 21. nr. 71. An. I. 1. p. 88. V. 2. κρᾶζεις. P. Br. κλάζεις. Graef. Censor editionis Graefianae in Ephem. Jen. I. c. p. 444. κρᾶζεις κελάδω πλεροτυπεῖ. quae elegans correctio. V. 3. γαῦρος ἐπὶ κοίτας, super cubile tunni. Theocr. Eid. XVIII. 57. νεύμεθα κάμμις ἐς ὄρθρον, ἐπεὶ κα πρᾶτος ἀοιδὸς Ἐξ εὐνᾶς κελάδησῃ, ἀνασχὼν εὐτριχα δειράν. — V. 3. ὅτε μοι. ὅτε probabiliter Hermann. — V. 4. καὶ τὸ φιλεῖν. P. Br. Vere et acute Huschk. An. crit. pag. 74. παιδοφιλεῖν. Noster iterum pag. 594. nr. 164. ἡδὺ δὲ παιδοφιλεῖν. Vid. Bekker. ad Theognid. v. 1318. — εἰς τὸ φιλεῖν corrigebat H. van Eldik. ap. Bosch. T. IV. p. 495. V. 4. ἀδὺ γελᾶς. Vid. ad p. 562. nr. 391. V. 5. Θρέπτειρα χάρις. P. Br. Θρέπτρων χάρις ἦν suspicabar. Sed vere Huschk. l. c. Θρεπτῆρι. Idem in mentem venit Orellio ad Isocr. Or. π. ἀντιδ. p. 400. V. 6. ἔχματα γηρύσει. P. ἔσχατα γαρύσει. Br. γηρύσει tuetur Graefius, hoc sensu: postrema vice hic clangor perstrepet. Oratio duriuscula. Vix dubito, Melcagrum dedisse: ἔσχατα γηρύσεις ταῦτα τὰ πικρὰ μέλη.

Nr. 138. μινασάλλκ. Br. I. 190. nr. 1. An. I. 1. p. 396. V. 1. ἄμπλε μήποτε. P. ἄμπελ' ἐπείτοι. Br. cum Salmas. Cod. lectionem

tuetur Schaefer. ad L. Bos p. 438. Cf. supra ad p. 119. nr. 212. v. 5. — *βαλέσθαι*. Archestrat. ap. Athen. L. VII. p. 321. C. *ἡνίκα δ' ἂν δύνοντος ἐν οὐρανῷ Ὠρίωνος, Μήτηρ οἶνοφόρον βύτρως χαίτην ἀποβάλλη*. — V. 4. *εοτοτε*. P. *ἔσθ' ὅτε*. Br. c. Salm. in Ap. C. R. qui praeterea etiam *χαρίζομεθα* corrigebat. — Nr. 139. *καλλιμα*^χ. Br. I. 462. nr. 6. An. I. 2. p. 258. V. 2. *διώνυσον*. P. *διώνυsson*. Br. V. 5. *τῷ καί*. P. *τῷ καί*. Br. V. 6. *ὀσεισαρνης*. P. *ὄσ' εἰ γ' ἀρνῆς* Anna Fabri ex conjectura Salmasii, quae specie quadam commendatur, sed inani illa. Felicius multo Bentlejus: *οὔτος ὁ σιγέρπης*. i. e. ὁ λαθροδάκτης. — *βάλλη*. P. *βάλῃ*. Br. cum Heinsio. *βάλοι* alii. — Nr. 140. *ἄδηλον*, Br. II. 211. nr. 2. inter epigrammata Philippi, cui id tribuit Pierson. in Verisim. p. 83. ob nomen Archestrati. Cf. p. 512. nr. 36. — An. II. 2. p. 139. V. 4. *πᾶς δ' ἐν ἐμοί*. P. *παῖς δ' εἰς ἐμ' ὡς*. Br. c. Piersono. Frustra Cod. lectionem tueri conatur V. D. in Actis Eruditor. an. 1753. p. 277. Nec tamen illa correctio probari potest. Scripsi paucis litteris mutatis: *κενθὺς ἐκείμαν Ἐν περὶ πᾶς, ὁ δὲ μ' ὡς Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει*. P. 587. nr. 122. *ὡς γὰρ Ὀλέμπου Ζεὺς, νέον οἶδεν ὁ παῖς μακρὰ κεραυνοβολεῖν*. — V. 5. *ἰλασσόμεσθ'*. P. *ἰλασόμεσθ'*. Br. V. 6. *κρέσσων*. P. *κρείσων*. Br.

P. Nr. 141. *μελεάγρ'*. Br. I. 12. nr. 34. An. I. 1. p. 53. V. 1. *ἂ μὴ Θεός*. P. *ἂ μὴ θλίμει*. Br. c. Salmasio; quam lectionem olim nescio quomodo in membr. esse scripsi. Si verum est illud, subaudi, *ἐφθίγξατο ἂν*, sive *φθίγξαιτο ἂν*. Similiter p. 592. nr. 151. *εἰ δὲ πόθοισιν οὐκ ἐδάμης, πάντως ἢ Θεός, ἢ λίθος εἴ*. V. 2. *οιμεμαθών*. P. *θυμεί*. Br. c. marg. Ap. Voss. et in Act. Erudit. an. 1755. p. 278. Vid. ad p. 578. nr. 66. v. 5. Sequentia interrogative accepit Graefius, ut etiam v. 3. *σοὶ καλὸς οὐκ ἐφάνη Θήρων*. Mihi utraque enuntiatio gravis admirationis significationem habere videtur, ex recentiorum linguarum usu exclamationis signo notandam. V. 3. *ἀλλ' αὐτὸς ἐπίστης*. P. Br. *αὐτὸς* si sincerum est, *solum* significat. Olim suspicabar, *ἀντίος ἔστης*. *αὐτὸν ἐπίστης* V. D. in Ephem. Jen. l. c. p. 442. *ἀντίο* Orell. Append. ad Or. Isocr. π. ἀντιδ. p. 400. — *ἵποστὰς* Graef. participium coniungens cum *πτήξει*. *πτήξας*. Br. In neutro horum verborum a membr. recedere ausim, quum sermo abruptior concitati animi motum non dedeceat. Si quid mutandum, pronior sum in Graefii lectionem. V. 5. *τοίγαρ*. P. Br. *τὸ πρόσθε*. P. *τὴν περ*. Br. c. Salm. de Niobe cogitans. Scripsi, *τὸν πρόσθε λάλον*, i. e. *ἐμεί*.

Nr. 142. ὡς ῥιανοῦ. ut p. 193. nr. 269. ὡς σαπφοῦς. Ib. nr. 273. ὡς νοσσιδός. Br. I. 481. nr. 6. An. I. 2. p. 324. V. 3. ἀπεκώκυνεν. P. ἐπεκώκυνεν. Br. Illud restitui. Dicitur ἀποκωκύνειν, ut ἀποκλαίνειν, ἀποδύρεσθαι, ἀπὸ θρηγνέειν, ἀποιμύζειν. Vid. Wesseling. ad Herodot. p. 200. 56. — V. 4. ὁ φίλεως. P. ὦ φίλ' Ἔρως. Br. cum plurimis apogr. — Nr. 143. ἄθελον. Br. III. 156. nr. 27. An. III. 1. p. 302. Nihil mutavi in obscuro hoc epigr. nisi v. 3. ἀλλά μ' in ἀλλά μ'. V. 1. Ἐρμῆς τοξευθεὶς ἐξέσπασε πικρὸν οἶστον. Salm. οὐκ ἔσπασε πικρ. ἔφηγον. Br. V. 2. ξεῖνε λείλ. P. Br. οὐχὶ λείλ. Salm. Haec alii corrigent et illustrabunt.

Nr. 144. μελιάγρ. Br. I. 14. nr. 42. An. I. 1. p. 61. V. 1. ἀχρεῖα. P. ἄγρια. Br. cum Salmas. In Philostr. Imagg. I. 18. p. 841. ἄγριον δὲ ὄρα καὶ ὑποκαθιμμένον ἔτι. recte mihi emendasse videor, ἀχρεῖον δὲ ὄρα. in Exercitt. crit. Tom. II. pag. 105. Ap. Themist. Or. XXVI. p. 325. A. ἀλλ' ὅτε ἀνωγελῇ καὶ ἄγῃ πρὸς ἀρετὴν, fortasse scribendum, καὶ ἀχρεῖα. ut p. 308. C. πρὸς τὰς μάχας ἀχρεῖος. Similiter p. 329. B. ἐποψελῇ καὶ χρεῖωδη junctim. — V. 3. καὶ σέ. P. καὶ σε. Br. qui hunc versum interrogative accepit.

Nr. 145. ἄθελον. Br. III. 157. nr. 54. An. III. 1. p. 306. Tamquam *Meleagri* edidit Warton. ad Theocr. T. II. p. 201. V. 1. ἰαχε. P. ἰσχετε. Br. c. Salmasio in Ap. G. R. V. 5. οἷς τὸ κεν. P. Br. ὦν τὸ κενανχέες videtur legendum. V. 6. ἡδὺ τε ἀκαμάτοις. P. ἡδὺ καὶ ἀθανάτοις. Br. c. plurimis apogr. Scripsi, quod lenissimum: ἡδὺ τε καὶ ἀθανάτοις. V. 7. εἰς κενὸν ἡμαρ μόχθοις. P. εἰς κενὸν ἡμῶν μόχθος. Br. c. Salm. V. 8. ἐκκέχνται αἰγυαλοῖς. P. πάντων ἐκκέχνται φιλότης. Theognis v. 110. ubi etiam praecedentia ad nostrum locum faciunt. Ibi v. 108. pro ἀντιλάβοις legendum esse ἄν τι λάβοις, non omnino persuadet Vir doctissimus ad Longum p. 341. — Nr. 146. ῥιανοῦ. Br. I. 481. nr. 7. An. I. 2. p. 324. V. 1. νεβρόν. Color fortasse ductus ex Theogn. v. 927. V. 3. ἀμογητοί. P. ἀμογητέ. Br. Lectio Cod. depravata ex ἀμογητέ. Vid. Lobeck. ad Ajac. p. 402. Callimach. H. in Dian. 25. ἀλλ' ἀμογητέ γίλων ἀπεθῆκατο κόλπων.

¶ Nr. 147. μελιάγρ. Br. I. 28. nr. 100. An. I. 1. p. 112. Initio mutilum videbatur Brunkio c. Salm. in Ap. G. R. Poëta Heliodoran exspectat; quae quum diutius moretur, eam de via raptam esse suspicatur. Tandem venit. Hoc argumentum. Sed integrum esse epigr. cum Graecio vix crediderim. V. 1. ἄρπασται. P. ἀρπάσεται. Br. in

Lectt. ἀμπαῦσαι. Salm. in Ap. G. R. ἐναιχμάσσαι. P. ἐναιχμάσαι. Br. Idem in Lectt. corr. ἐπαιχμάσαι. τίς τόσον ἀναιχμάσαι (ἂν αἰχμάσαι) ἄγριος εἶη. Salmas. id quod Graefius adoptavit, τόσον mutato in τόσος. De αἰχμάσαι vid. Wakef. ad Soph. Trachin. v. 355. p. 228. ed. Erf. Ap. Maxim. π. κατ. v. 544. εἰ δ' ἄρα καὶ δεσμοῖσιν ἀεικέσιν αἰχμάζοιτο. Scr. ὀχμάζοιτο. Satyr. Thyll. Ep. IV. τίς ἐν δεσμοῖσι θοὸν πῆρ ὤχμασε. — εἶναι. P. εἶη. Br. Graef. Haec crebro permutantur. Ap. Philostrat. Vit. Sophist. II. 10. p. 586. ἐπέβρωσε τὸν νεανίαν, εἰπὼν ἐπὶ πᾶσι, κολοσσὸς μεγάλου σπαράγματα εἶη. scr. εἶναι. Contra ap. Lucian. in Hermot. §. 61. T. IV. p. 81. οὐ μικρὸν εἶναι κακόν. scribendum videtur, ἂν εἶη. V. 2. τόσος. P. τύσον. Br. V. 3. καὶ τοι. P. Graef. καὶ . . . τίς πτύπος. Br. quod genus aposiopesis vereor, ne a veterum consuetudine abhorreat.

Nr. 148. καλλιμα^ζ. Br. I. 462. nr. 7. An. I. 2. p. 259. V. 1. ὅτι μόν. P. μοι. Br. c. aliis. V. 3. ἀλγέω τήν. P. κεφαλὴν subaudiendum existimabat Bentlejus; sed vide virum egregium ad L. Bos p. 218. ed. Lips. θήν. Br. Mihi ἀλγέω τοι videtur scribendum; nisi paulo majore mutatione malis: ἀλγέω νῆ Δία πάντοτ' ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων. πάντοτ' et πάντοσ' permutata p. 91. nr. 25. v. 6. — V. 4. φίλε τόν. P. τῶν. Br. c. aliis. παρὰ σου. Br. — Nr. 149. τ' αὐτ'. Br. I. 464. nr. 13. An. I. 2. p. 266. V. 1. ληφθήσῃ περὶ. Br. c. Apogr. Voss. cui correctioni sequentia non accinunt. περιφέετε. Bentr. Recepi περιφέρει, quod est in Apogr. G. R. Verbum compositum aut pro simplici accipiendum, aut conatum significat: fac, ut evadas. V. 2. λώιον. P. Post δεκάτη Br. commate distinguit. Schaeferus in not. mst. distinguendum censebat: καὶ Λώιον τῇ — τίνι; τῇ δεκάτῃ ἦλθεν. . . Quod mihi verum videtur. V. 3. ἐρμᾶς. P. ἐρμῆς. Br.

Nr. 150. τ' αὐτ'. Br. I. 464. nr. 14. An. I. 2. p. 267. V. 2. τώραμενον αἶγαν οὐ καθεμασ ὁ κύκλωψ. P. Ex plurimis conjecturis, quibus corruptissima verba corrigere conati sunt viri doctissimi, maxime aridet emendatio, quam Valkenarius exhibuit ad Callim. Fr. Eleg. p. 82. s. Eldikio debitam: τώραμίνω, μαρίαν (μαριᾶν) οὐκ ἀμυθῆς ὁ Κύκλωψ. Paulo propius tamen ad membr. vestigia scripsi: τῷ ῥαμίνω γ' ἀνιᾶν, ὅκα φίλας ὁ Κύκλωψ. Polyphemus, quo tempore ipse amabat, remedium aerumnarum invenit amantibus. Vide tamen, an potius scribendum sit τώραμίνω, ut ap. Theocr. Eid. XXIX. 52.

παράμενον συνερᾶν. Particula γέ, participio subjecta, vi non caret. V. 4. ἡ πάνες πάντων. P. ἡ παναπές. Bentley, ex Clement. Alex. Strom. V. pag. 687. 15. ubi: ἡ παναπής πάντων φαρμάκων σοφία, Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι γράφει. V. 5. τοῦ δοκέω. P. τοῦτο δοκέω. Br. cum Salmas. in Ap. G. R. τῷ (δοκέω) χά λιμός. iccirco. Valken. Sed quum haec cum praecedentibus non bene cohaereant, aliquid excidisse existimat. At nihil excidisse apparet, modo τοῦτο legas: *Illud commodum, quod poësis praestat, famas quoque habet.* V. 7. χάαστάς. P. τὰδ' ἑκαστά γ'. Br. c. Salm. Etiam hic versus vario modo tentatus. Id quod dedi, et sensui satisfacit, nec a membr. vestigiis abhorret: ἔσθ' ἄμιν τὰδ' ἀέσματα' ἀφειδέα. Eodem sensu Ruhkenius κάκεστὺς corrigit; quod ob lenitatem mutationis verum dicerem, si vocis ἀέστις aliud extaret exemplum, aut si ἀφειδέα ἔρωτα tam commode jungeretur, quam ἀέσματα ἀφειδέα. In hoc enim contextu apparet, Callimachum debuisse dicere, *largam* sibi esse ejusmodi remediorum copiam, et facultatis poëticae et famis. — πρὸς τόν. P. ποττόν. Br. V. 8. τουτιπαικίρει τα. P. τουτὶ ναὶ κίρει σά. Br. partim ex apographis. Sed atticum τουτὶ alienum. Scripsi itaque mutatione minima: τοῦτ' ἐπικίρει σεν τὰ πτερά. Utitur hoc composito Homer. Ἴλ. π. 120. — V. 9. τί δεδοίκαμε. P. Etymol. M. p. 152. ed. Lips. ἀττάραχος ... Καλλίμαχος· οὐδὲ τὸν ἀττάραχόν τι δίδοικεν. V. 10. οἰκω. P. οἰκοι. Br. c. Bentl.

Nr. 151. ἄδηλον. Br. III. 156. nr. 29. An. III. 1. p. 303. Meleagri esse probabiliter suspicatur Corn. de Pauw. V. 3. ἐσιδών. P. — Nr. 152. In membr. cohaeret cum praecedente. Sejunct Br. III. 156. nr. 30. An. III. 1. p. 304. Heraclitum puerum passim celebrant Meleagri epigrammata. V. 1. ἐμολ. P. ἐμός. Br. οὐ τι. P. οὐχί. Br. Illud revocavi. Vid. Heindorf. ad Platon. T. IV. p. 111. Herodotea dedit Werfer. in Act. Philol. Monac. T. I. p. 262. s. — Nr. 153. ἀσκληπιάδ. Br. I. 213. nr. 11. An. I. 2. p. 50. Epigramma puerile non est. V. 1. τάλαιρα. P. τάλαιραν. Br. Lineola, qua ὦ indicari solet, fortasse describentis effugit aciem. V. 3. μελίχρως. P. μελιχρός. Br. αἰεί. P. αἰεί. Br. V. 4. ἡδίστων. P. ἡδίων. Br. Cf. supra nr. 36. v. 3. Theophyl. Epist. LXXXIV. ἐρωτικὸν δάκρυον προσηνές· ἡδονῇ γὰρ τὰ τῆς ἀνίας πεκίραται, καὶ τέρπουσι λεποῦντες οἱ ἔρωτες.

Nr. 154. μελεάγυ. Br. I. 14. nr. 43. An. I. 1. p. 62. V. 2. χαρησιν. P. χαρίεις ἴν'. Br. cum Warton. τιν' ἔχω μὴ οὐχὶ φιλεῖν

πρόφασιν. Graef. P. V. 3. εἰ δ' ἀνιηρός. P. et Br. in Lectt. In textu ἦν dedit. Sensus: si amarus est puer, amaritudo quoque illa dulcedinem habet. — Nr. 155. ἄδηλον. Br. III. 158. nr. 35. An. III. 1. p. 307. V. 2. Distinctione mutata hunc quoque versum duobus interlocutoribus tribui. Priór minaci voce interrogat: δεύτερον οὖν φήσεις; alter, nihil turbatus, respondet: δεύτερον. Tum mandata iterat: εἰπεν, ἴθι. reliqua ex sua persona addens. V. 3. ἐκεῖνον. P. Br. ἐκεῖνον recepi ex apogr. Lips. Verba μένουσι σε cum praecedentibus junxi, et rhythmo suadente, et sensu: μὴ μέλλε· μένουσι σε. Tum prior ille, herus, ut videtur: πρῶτον ἐκεῖνον εὐρήσω, χῆξω. hoc enim ordine haec verba leguntur in membra non ἤξω χεύρῃσω, ut ap. Br.

Nr. 156. ἄδηλον. Br. III. 157. nr. 31. An. III. 1. p. 304. Fortasse Meleagri, inter cujus delicias etiam Diodorus. V. 2. οὐμός. P. ut supra nr. 71. v. 4. — V. 4. εὐδεις αβρά γελων δ' οὔμ. P. εὐδισ. Br. qui haec cum seqq. jungens, δ' omisit. Distinctionem mutavi. εὐδιον. Salm. Ad Amorem Oppian. Hal. IV. 29. εὐμένιους, προῆς δὲ καὶ εὐδισ ἄμμιν ἰκάνοις. Ap. Philostr. Imagg. I. 11. p. 780. Ζεφύρῳ δὲ χρίσονται πρὸς τὴν ψδὴν, ἑλαφρῷ καὶ ἐνοδίῳ. scr. εὐδίῳ. in quod etiam incidit Heyn. in Opusc. Academ. Tom. V. p. 44. V. 6. κνυματα. P. Br. quod post κίματα ferri nequit. χείματι emendavi in Anim. Tom. I. 2. p. 142. Sic Huschk. quoque in Anal. cr. p. 164. V. 7. πάλιν. P. πάλι. Br. — Nr. 157. μελεαγρ. Br. I. 11. nr. 29. An. I. 1. p. 50. V. 3. χειμαίνει. P. κυμαίνει. Br. cum Salmas. in Ap. G. R. Eadem est varietas p. 594. nr. 167. βαρές. P. βαρύ. Br. c. Salm. Sic iterum nr. 167. Utroque loco cum Br. βαρὺ exhibuit Graefius. Codicis lectionem probabat Schaeferus in not. mst.

Nr. 158. τ' αὐτ'. Br. I. 9. nr. 21. An. I. 1. p. 40. V. 1. πόρεο σοί. P. πόρε. Br. V. 3. ἐπὶ ξείνοισ. P. ἐπὶ ξείνης. Br. c. Schedis Tryll. P. 312. nr. 661. εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα. P. 615. nr. 27. Φῶκος ἐπὶ ξείνης μὲν ἀπέφθιτο. ubi tamen cum Cod. legendum ἐπὶ ξείνῃ. Euripid. Androm. 156. γινῶθι δ' οὐδ' ἐπὶ ξείνης. — V. 6. σύμβολα σωφροσύνης. Br. σύμβολ' ὁμοφροσύνης. Graef. Sed vir doctus in Ephem. Jen. an. 1812. nr. 118. σωφροσύνης tueri conatur, vitium in ξυνῆς esse arbitratus. Et ipse Graefius in not. mst. coniecit: συνετῆς σύμβολα σωφροσύνης. Schaeferus autem in not. mst. ξυνῆς σύμβολα συμφροσύνης. V. 7. ἀναξ ἴλαθι. P. Br. Quum in ἴλαθι media constanter corripitur, ἴληθι scripsi cum Cracchio. V. 8. ἐν σοί

μοι. P. ἐν σοι καί. Br. ἐν σοι ἐμοί. Graef. Poeta ap. Stobae. in Eclog. T. I. p. 28. Ζεὺς ὁ καὶ ζωῆς καὶ θανάτου πείρατα νέμων. —

Nr. 159. τ' αὐτοῦ. Br. I. 14. nr. 44. An. I. 1. p. 62. V. 1. ἐν σοί. Sic Gregor. Nazianz. de Reb. Suis v. 117. Opp. T. II. p. 33. B. πρὸς μνήσια σοῖσιν ἀνῆψαν Ἀχράντοις θεομοῖσιν. V. 5. ἦν. P. ἦν. Br.

Nr. 160. ἄδελον. Br. III. 154. nr. 18. An. III. 1. p. 296. P. V. 3. νικανδρε. In Nicandrum est epigr. Alcaei Messenii p. 573. nr. 70. cujus fortasse etiam hoc est. — βοάς. P. βολάς. Br. cum Piersono. V. 5. καὶ σύ. P. Br. καὶ σέ. marg. Ap. G. R. Male. Durum et inexorabilem fuisse puerum intelligitur ex epigr. initio. Jam Adrasteam poëta rogat et Nemesin, ut superbiam ejus poenis persequantur.

Nr. 161. ἀσκληπιάδ. Br. I. 213. nr. 12. An. I. 2. p. 31. V. 1. ἐπισταίτοσως. P. ἐπίσταται, ὥς. Br. c. Salm. V. 2. ἔσται. P. ἔσθαι. Br. c. Salm. V. 3. ἥδ' ὑπὲρ ὤμων σὺν πετ. P. ἥς ἐπὲρ ὤμων ἐν π. Br. cum Salmas. Nemo facile hunc locum sic persanatum censebit. Suspiscabar: εἰ παρὰ κώμῃ Σὺν πετάσῃ. Dorion chlamyde induta et cum petaso, sicut ephebus (vid. Anim. T. I. 1. p. 24.) comissionem agebat cum adolescentibus, puero tum quam puellae similior. Durior tamen sic verborum structura.

Nr. 162. τ' αὐτοῦ. Br. I. 212. nr. 6. An. I. 2. p. 24. V. 1. τοξοφόρων οὐδάριος. P. τοξοφόρων οὐράγιος. Br. c. Salm. in Ap. G. R. At ὁ τῆς οὐρᾶς ἡγεμὼν non οὐράγιος vocatur, sed οὐραγός. Accentu mutato scripsi cum Reiskio, τοξοφορῶν, οὐδ' ἄριος. quod probat Schneiderus in Lex. gr. T. II. p. 180. Terminationem ειος ob metri commoditatem interdum in εος transire, constat. V. Boeckh. Not. crit. ad Pindar. p. 551. Ob eandem causam etiam ἄριος dici potuit pro ἄρειος, ut ποθινὸς pro ποθεινός. p. 266. nr. 402. θανίσας pro θανείσας, et alia similiter, de quibus dixi ad p. 90. nr. 14. v. 3. Prima autem in illa voce producitur, ut in Ἀρης haud raro. Sic huic lectioni patrocinari licet. Vehementer tamen suspicor, Asclepiadem scripsisse: οὐπω τοξοφορῶν, οὐδ' ὤριος, ἀλλὰ νεογνός . . . V. 2. ὑποτρέφεται. P. ὑποστρέφεται. Apogr. G. R. In marg. γρ. ὑποτρέφεται. Br. ἐπιστρέφεται. quod membr. lectioni longe posthabendum. V. 3. χρύσειν. P. χρύσειον. Br. φιλοκράτεος. P. Φιλοκράτεως. Br. V. 4. ψυχῇ. P. ψυχῆς. Br. c. Salm. Scripsi ψυχῇ; praeterea etiam καὶ Ἀντίγ. malim. Idem sibi quoque in mentem venisse, mihi scripsit

Tom. IV.

Graefius. Amor pusillus, dum apud Psychen magistram legere discit, ei non id, quod est in pugillaribus, sed pulchrorum puerorum balbutit nomina et illecebras.

Nr. 163. τ' αὐτ. Br. I. 212. nr. 7. An. I. 2. p. 25. V. 1. ἔρωτι καλῷ μίξῃ καλόν. P. ἔρωσι τε καλῷ μίξαι καλόν. Salm. quod multum praestat correctioni in marg. Ap. G. R. ἔρωσι καλὴν μίξιν καλὴν. etiam Brunkianae, ἔρωσι τε καλόν, μίξιν καλῷ. Wytttenbachius suspicabatur: ἔρωσι τε καλῷ μίξει καλόν. Salmasianam lectionem, ut lenissimam, in textu posui. V. 2. ὁ μὴτ' ἀνθεῖ μῆτε γένοιτ' ἐν ἴσῳ. P. Hoc quomodo de smaragdi cum auro conjunctione dici queat, quam omnes laudant ut elegantissimam (Vid. Lucret. IV. 1119. Anthol. Lat. III. 272. Solini Polyh. c. 20. p. 30. ibique Salm. p. 170. A. B. p. 138. D.), hodie non magis intelligo, quam olim. Suspiciabar itaque legendum esse: ὁ μὴτ' ἀνθεῖ, μῆτε γένοιτ' ἐν ἴσῳ. Aurum et smaragdus, quamquam eximie fulgent, non tamen sunt ejusdem coloris, nec generis. Particula τε intendit, ut post γάρ in Od. α. 152. Arat. Diosem. 47. et post εἴπερ. Od. α. 188. 204. V. 3. ἐβένῳ λευκῷ. P. ἔβενον λευκῷ. Br. V. 4. πειθοῦς et φιλήης maioribus initialibus scripsi.

Nr. 164. μελεάγρ. Br. I. 11. nr. 30. An. I. 1. p. 50. V. 4. θνατὸν ὄντως. τό. P. εὐκρατον ὄντως. τὰς. Ap. G. R. In marg. εὐκράτου. Sic Warton. ὄντως εὐκρατον. Br. ὄντως τὸ θνητὸν Κῆپر. Graef. ubi τὸ θνητὸν οἰνόμελι mihi non valde arridere fateor. Suspiciabar: ἀθανάτων ὄντως Κῆπριδος οἰνόμελι. *venereum revera mulsum, quali Di utuntur.* De duplici genitivo, sic ab uno substantivo pendente, vid. ad p. 181. nr. 220. Hermann. ad Viger. p. 899. ed. sec. Fateor tamen me huic conjecturae parum confidere. Desidero epitheton ad Ἀλεξίς, quod respondeat epitheto alteri puerorum tributo; τν. c. Ἀλεξίς Ἀβρός ἰών, ὄντως Κῆπριδος οἰνόμελι. — Nr. 165. τ' αὐτ. Br. I. c. nr. 31. An. I. c. p. 51. Mutilum videbatur Brunkio. V. 1. ἀντίαιο δε. P. ἀντία τοῦδε. Br. V. 4. πλέξιν ἐκ λευκοῦ. P. ἐκ λευκοῦ πλέξαι. Br. qui in marg. Cod. reperiri ait: ἡ γὰρ ἔρωσις Ἐκ λευκοῦ πλέξαι. in quo fallitur, apographorum lectiones cum cod. lectionibus confundens. Illud est ex emendatione Salmasii. ἐκ λευκοῦ πλέξαν, φασὶ με καὶ μ. Graef. lenissimum, nī fallor, erit: πλέξαι μ' ἐκ λευκοῦ φασὶ τε καὶ μέλανος.

Nr. 166. ἀσκληπιῶδ. Br. I. 213. nr. 13. An. I. 2. p. 32. V. 1.

λοιπὸν ψυχῆς. Liban. T. IV. p. 167. 14. ἐμοὶ δὲ μικρὸν ἔτι μετὶν
 ψυχῆς. Ibid. p. 209. 9. καὶ γὰρ τὸ πλεον τῆς ψυχῆς ἀπελήλυθε. —
 ἔρωτος. P. ἔρωτες. Br. c. Salm. V. 2. θεόν. P. θεῶν. Br. V. 3. ἢ
 μὴ καὶ τόξοις βάλλετε. P. εἰ καὶ μὴ, τόξοις μὴ β. Br. cum Salm. εἰ
 μὴ, ναὶ τόξοις μὴ β. Pierson. Mihi scribendum videtur: ἢ καὶ μὴ
 τόξοις ἔτι βάλλετέ μ', ἀλλά. V. 4. ναὶ. P. καὶ. Br. ἀνθρακίην. P.
 ἀνθρακίην. Br. Vid. ad p. 579. nr. 72. v. 4. — V. 6. ἐξ ὑμῶν
 τούτων εἴτετι. P. εἰ μεῖζον τούτων ἔστ' ἔτι. Br. c. Koenio. Ad sen-
 sum optime. In marg. Ap. G. R. corrigitur: ἐξ ὑμῶν καὶ τοῦτ' εἰςέτι
 β. Ipse duabus tribusve litteris immutatis scripsi: ὁξύτερον τούτων εἰ
 γέ τι, βούλομ' ἔχειν.

Nr. 167. μελεάγυ. Br. I. 14. nr. 45. An. I. 1. p. 63. P. V. 3.
 χειμαίνει δὲ βαρὺς. P. πυμαίνει δὲ βαρὺ. Br. Vid. ad nr. 157. —
 Nr. 168. ποσιδίππ. Br. II. 48. nr. 10. An. II. 1. p. 142. V. 1.
 περιεκάστου. P. φέρ' ἐραστῶν. Br. c. Salm. in Ap. G. R. φιλακρήτου
 suspicabar olim, quod, quamvis Mimnermi ingenio accommodatum,
 paulo longius tamen a Cod. ductibus abest. Nunc φιλεράστου reposui,
 quod etiam magis convenit poëtae, qui *nīl sine amore jocisque ju-
 cundum* esse censebat. V. Horat. I. Epist. VI. 65. Phillet. p. 179.
 nr. 210. ἡ φιλέραστος Νικιάς. Meleager p. 108. nr. 144. ἡ φιλέραστος
 Ζηνοφίλα. V. 3. ἐμόν. P. ἐμοῦ. Br. ἔκτον ἐκάστου. P. ἐαυτοῦ. Br.
 Sincera est Cod. lectio. Junge: ἐκάστου ὅστις ἐρῶν ἔτυχε. V. 4.
 εἶπας. si sincerum est, explicata, *id diserte dicens, indicans*. Sed hoc
 friget. Malim etiam nunc, τὸν δ' ἔκτον ἐκάστου εἶπαις. quod respon-
 det imperativo εἰπόν γ. 5^ο. V. 8. 9. Sensus esse puto in versibus
 male depravatis: unum poculum tibi, o Venus, bibam; reliqua autem
 jam sine numero. In hunc sensum corrigendum existimo: τὰλλα δ',
 Ἐρωτες, Ὡς νήφοντ' ἀριθμεῖν, οὐχὶ λίην ἄχαρι; aut, quod malim,
 sine interrogatione: ναίχι λίην ἄχαρι. Brunkio emendandi conatus in
 hoc disticho male cessit.

Nr. 169. διοσκορίδ. Br. I. 493. nr. 4. An. I. 2. p. 368. V. 1.
 Θεόδωρε. P. Διόδωρε. Br. et omnia, quae vidi apogrr. ὅσον. P. ὅσον.
 Br. qui in Lectt. corrigit: ἀλλ' ὅσον εἰπεῖν. *dicis causa*. At lectionem
 Cod. tuetur Plato p. 222. nr. 100. ὅσον μόνον εἶπ' ὅτι καλὸς Ὀπταί.
 V. 2. ἐξέφυγον. P. οὐκ ἔφυγον. Br. c. Salm. in textu; in Lectt. enim
 tuetur lectionem Codicis. Haec mihi quoque videtur verissima, licet
 Vir doctissimus ad Vigerium p. 726. ed. sec. aliter sentiat. Verba

versus 2^{di} gloriantis sunt poëtae, qui se Theodori jugum excussisse putabat. At illis vocibus vix editis, novis se flammis sensit correptum, quibus adhuc laborans, jam novum sibi servitium imminere suspicatur.

Nr. 170. τ̃ αὐτ̃. Br. I. 494. nr. 5. An. I. 2. p. 369. V. 1. σπονδῆ καὶ λιβάνωτε καὶ ὁ κρητῆρι. P. σπονδῆ καὶ λιβανωτὲ καὶ οἱ κρ. Br. V. 2. τέρματ'. P. Br. In marg. Ap. G. R. ἔρματα i. e. ὑπερείσματα. Male. φιλήης τέρματα dictum, ut πείρατα. Vid. ad p. 593. nr. 158. v. 8. — Nr. 171. τ̃ αὐτ̃. Br. I. 494. nr. 6. An. I. 2. p. 370. V. 3. ὀλίγον τίνας. P. ὀλίγων ταινὰς. Br. ὀλίγον servari posse videtur. — Nr. 172. εὐήνου. Br. I. 165. nr. 6. An. I. 1. p. 322. In Plan. p. 486. St. ἀθλον. V. 1. δυολυτρῶ. P. ἐκ δὲ ὀλίθρων. Br. in textu. In Lectt. ἐκ δύο λυγρῶν. ἐκ δύο λοιπόν. Plan. — Nr. 173. φιλοδήμου. Br. II. 83. nr. 1. An. II. 1. p. 211. V. 2. Δημῷ, ἡ. notandus hiatus, cui medendi ratio non apparet. V. 3. οὐ μὰ σέ. P. οὐ μὰ σε. Br. V. 4. ἦν εἰπεῖν. P. ἦν. Br. i. e. ὁποτέραν. V. 5. δημάριον. P. δημαρίον. Br. c. Petito. — Nr. 174. φρόντον. Br. II. 346. nr. 1. An. II. 3. p. 10. V. 1. κύρε. P. κύρε. Br. Versus rhythmus non satis elegans. Vix tamen existimaverim distinguendum esse: μέχρη τίνος πολεμῆϊς μ', ὃ φίλτατε; Κύρε, τί ποιεῖς; V. 3. ποιήσουσιν. Brevem syllabam in caesura non ferens Hermannus ad Orph. p. 768. corrigit: καὶ δὲ σε ποιήσουσ' αἱ τρ. Passovius autem in not. mst. καὶ ποιήσουσιν σ' αἱ τριχῆς. Vide tamen ad p. 565. nr. 410. vers. 6.

ωο
Nr. 112. Ex Eustathio ad Ἰλ. ψ. p. 1320. 18. Br. III. 247. nr. 454. An. III. 2. p. 130. Cf. Od. θ. 103. et 120. usque ad 132. De ludis ad Archemori tumulum Apollodor. L. III. 6. 4. καὶ ἵππῳ μὲν ἐνίκησεν Ἀδραστος, σταδίῳ δὲ Ἐτίοκλος, πυγμῇ Τυδεΐδης, ἄρματι καὶ δίσκῳ Ἀμφιάραος. ubi ἄλματι dedit Olavierius ex correctione Valkenarii, quod *currus certamen* jam verbis ἵππῳ ἐνίκησεν continetur. Non persuadet vir doctissimus, Ἴππος de equo singulari (κίλῃτι) videtur accipiendum, quo quamvis heroës apud Homerum nec in proeliis, nec in certaminibus usi sunt, nihil tamen impedit, quominus cyclicus poeta, quem Apollodorus sequitur, Adrastum singulari equo decurrentem finxerit. Plura certaminum genera commemorat Xenophan. Colophon. ap. Athen. L. X. p. 414. B. οὔτε γὰρ εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσιν ἔτ' εἴη, Οὐτ' εἰ πενταθλεῖν, οὔτε παλαιμοσύνην. ubi novissimus editor ἐνείη legendum suspicatur, aut ἐπειή. Xenophanes, ni fallor, scripsit: εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσι μετείη.

Nr. 113. Hermæ insculptum epigr. unde Winkelmannus edidit in den Nachrichten über die herculanischen Entdeckungen II. p. 94. In Operibus Tom. II. p. 219. Zenobetti ad Meleagri Eidyll. p. 20. Br. III. 183. nr. 167. An. III. 1. p. 380. V. 2. βιβλους. Br. βιβλους. Marm. Vid. ad Palat. p. 382. nr. 161. p. 384. nr. 174. p. 584. nr. 98. τῆς πλατάνοις. Marm. τοῖς. Br. — Nr. 114. Ex Pausan. L. IX. 11.

p. 731. Br. III. 179. nr. 146. An. III. 1. p. 371. V. 2. *Θάλαμὸν γ' ἔλκετο*. Vulg. *ἐκλέξατο*. Br. cum Steph. in Append. Plan. p. 508. Hermann. ad Orph. p. 786, duos hos versus in hunc modum corrigendos censebat: *Θάλαμὸν οἱ ἐλέξατο τοῦτον, ὃν αὐτῷ Ἀγχόσιος τ' ἐποίησε*. Cf. Wolf. in Prolegg. ad Homer. pag. LVI. not. 20. — Nr. 115. Ex Murator. Inscriptt. T. II. p. 672. retuli in Paralip. II, nr. 2. p. 754. V. 1. *ἐξῆσε*. Murator. Syllaba, quae excidit, restituta, scripsi *ἐξήνεσε*. V. 3. *μεθεπων*. Murat. *μέθεπον* dedi: *artem musicam tractavi*. Coluth. v. 88, de Junone: *φασὶ κοίραν' ἡν μεθέπειν καὶ ἀκῆπτρα φυλάσσειν*. V. 4. *ἀκμηῆτες*. *indefesso studio et gnaviter id agentes*. Pro *ῥέξειν* fortasse legendum: *ἀκμηῆτες ὅ' ἔξειν*. id quod in *arte summum est habituri videntur*. Zeuxis ap. Aristid. T. II. p. 386. εἰ δέ τις ἀνδρῶν Ἡμετέρης τέχνης πείρατά γῃσιν ἔχειν.

Nr. 116. Br. III. 184. nr. 171. An. III. 1. p. 394. ex Athen. L. XIV. p. 629. A. V. 4. *τῷ Σικυῶνι*. Vulg. Hanc lectionem tuetur Schweigh. vertens: *urbi Sicyoni honorificum*. Friget articulus. *ἐν Σικυῶνι*. Br. c. Casaub. Sed vera videtur correctio Porsoni ad Eurip. Med. vers. 44. Adversar. pag. 123, s. ed. Lips. *ἡ ῥα θεοῖσι τοῖς Σικυῶνι*, — *ἀνέκειτο*. Br. *ἀπέκειτο*. Vulgo. *ἀποκεῖσθαι* de rebus pretiosis usurpatur alicubi asservatis, plerumque ad futurum usum, quamquam non semper. Vid. Schweigh. ad Epict. Dissert. Tom. II. p. 906. — Nr. 117. Br. III. 320. nr. 8, An. III. 2. p. 346. ex Athenaeo. L. X. p. 452. C. Ejusmodi argumenti aenigma vid. in Palat. p. 625. nr. 54. V. 1. profert Aristotel. Rhetor. II. 2. p. 12. de Poët. q. XXII. 5. Eundem tanquam ab Aesopo una cum explicatione propositum exhibet Plutarch. T. II. p. 154. B. C.

Nr. 118. Br. III. 234. nr. 395. An. III. 2. p. 94. Ex Athen. L. VIII. p. 357. F. V. 1. *οὐκ ἐνέφυσαν*. Vulg. Haec si vera est lectio, auctori hujus distichi idem dicendum est accidisse, quod tibicinibus. Hinc Casauhonius *νόον εἰσενέφυσαν* correxit; Schweighäuserus *οὐκ ἐνέφυσαν*; in qua correctione, quantumvis leni, *οὐκ* vi caret. Mihi in mentem venit: *αὐλητῆρι θεοὶ νόον εἰ καὶ ἔφυσαν, ἀλλ' ἅμα*. ubi particulae *εἰ καί*, *ἀλλά*, . . . se recte excipiunt (vid. not. ad Palat. p. 387. nr. 190.), et dubitatio injicitur, satis, ut mihi quidem videtur, faceta: fac, deos tibicinibus tribuisse mentem, quod omnino negari non potest, quamvis probabile non sit. Verbo simplici *φύειν* cum dativo sic utitur Aeschyl. ap. Plutarch. Tom. II. p. 17. B. *θεοὺς αὐτίαν φύει*

βροτοῖς. Euripid. Bacch. 650. ὃς τὴν πολύβοτον ἄμπελον αἶε βρο-
τοῖς. V. 2. χω νόος. i. e. σὺν τῷ πνεύματι καὶ ὁ νόος.

Nr. 119. Ex Murator. Thes. T. II. p. 669. s. retuli in Paralip. II. nr. 5. p. 757. Cf. Anim. T. III. 2. p. 307. s. V. 1. ἀνίρως οἱ πάρος. Scribendum videtur: οἵπερ ἐς Αἰσονίον. . In versus exitu male syllaba brevis ante ξ corripitur. V. 4. ποτεδιδεξέβροτον. Murat. V. 6. ἀμνυμεσιν. Murator. ἀμνυμόνεσιν emendavi. V. 8. ΕΙΝΑΛΕΩ. Murat. Scripsi duabus litteris leviter immutatis: τῶμα ΣΙΓΑΛΩΙ. sedes silentum dixit Ovid. Metam. XV. 772. umbrasque silentum. Ibid. 797. — V. 19. δαμαστειχων. Mur. pro δ' ἀναστειχων. ubi iterum est correptio ante duplicem consonantem. Corrigas tamen licet: ἐκ ῥεθίων δ' ἀστειχων. At hoc vitio sublato, versus tamen non efficitur elegans. V. 11. δαμασκληπιαδης. Murat. Syllabam *αμ* ex praecedente versu temere repetitam deleui. Quaedam in hac Inscriptione minus recte administraverunt duumviri doctissimi Salvinius et Buonarrotti Osserv. sopra alcuni framm. di vetro p. 137.

Nr. 120. Edidit Sallengre in Praefat. Thes. nov. T. I. p. 3. et alii. Br. III. 303. nr. 705. An. III. 2. p. 279. V. 2. αἰχημη. V. 3. σαμνονχα. Marmor. Utrumque emendavit editor. V. 4. περὶ σου. Br. — Nr. 121. Post Pocock. Inscriptt. antiqu. Sect. VII. nr. 38. edidit van Goens in Misc. Obs. Vltraj. 1764. Villois. Magaz. encyclop. an. VII. Tom. II. p. 456. Repetivi in Paralip. II. nr. 6. p. 759. Scriptum in cranium hominis, aut sceletum. V. 1. recte distinxit Villoison. V. 3. ὠσισαινας. Poc. Syllabam *IC* delendam censet Vill. Scripsi, ὡς ἐς αἰῶνας. ubi *αι* ante vocalem corripitur. Vid. ad Palatin. p. 38. nr. 12. p. 293. nr. 549. V. 4. ΙΝΑ γηρασαντα. Poc. Scripsi quod metrum postulabat et sensus, ΜΗ γηράσαντά σε. V. 5. θλειβόμενον. Poc.

Nr. 122. Ex marmore ap. Gruter. p. 676. et alios. Br. III. p. 305. nr. 712. An. III. 2. p. 292. V. 1. ΕΚΘΡΟΙΣ. in marmore esse videtur; in quibus litteris quum recte intellexisset Hagenbuchius in Epist. epigr. p. 396. ἐχθρῶς latere, alias tamen praeterea conjecturas protulit minus bonas. Ducta *ἐννοια* ex epigr. Crinagorae in Palat. p. 308. nr. 643. v. 3. 4. — Nr. 123. Ex Dionē Chrys. Or. XXXVII. p. 107. ed. R. qui hoc distichon Orpheo tribui monet. Br. III. 333. Edit. Lips. Tom. IV. p. 144. nr. 132^b. An. III. 1. p. 365. V. 2. νεμίους οτεψάμενον. Eleganter Schaeferus ad L. Bos p. 722. corrigit:

Νέμεα στεψάμενος. Simonid. ap. Hephaest. p. 64. *Ἰσθμια, δις Νέμεα, δις Ὀλύμπια ἐστεφανώθην.* — Nr. 124. Ex Harpocrat. Lexic. p. 303. Suid. T. III. p. 206. Dedi in Paralip. II. nr. 4. p. 757. Archontes quum Piraeecum moenibus circumdare coepissent, hoc distichon addiderunt Mercurio ad portulam. Vid. Siebelis in Fragm. Philochori p. 49.

Nr. 125. Ex Pocockii Inscr. antiqq. p. 30. exhibui in Paralip. II. nr. 7. p. 760. Cf. Anim. T. III. 2. p. 267. V. 1. *ἄρτι γενειάζοντα.* ut in Palat. p. 570. nr. 12. *ἄρτι γενειάζων ὁ καλός. ἀρτιγενειάζων* junctim Dorvill. ad Char. p. 30. — *μορβασκανοσιρηαυς.* Poc. V. 2. *οιαωκαιδορατρεις . . . ικονεισαδην.* Poc. in quibus syllabis nihil aliud latere, quam id quod in textu posui, nemo dubitabit, qui monstra Sylloges Pocockianae noverit. V. 3. *θρηνημοηποπανεο.* Poc. et *λεξονοδυρμον.* V. 4. *κηκοπετων et οικιοναποστι . . . εται.* Poc. *οἶκτον ἀποστρέφεται* egregie emendavit Buttmannus, qui in reliquis corrigendis mecum conspirat. — Nr. 126. Ex Hagenbuchii Epistol. epigr. p. 390. 393. 434. Br. III. 305. nr. 712. An. III. 2. p. 291. V. 2. *οικοιδετε et αιτιον.* Marm. Utrumque emendavit Hagenbuchius.

Nr. 127. Ex Tollii Epist. Itiner. p. 5. et 20. exhibuit Leichius in Sepulcr. p. 12 et 32. Paralip. II. nr. 8. p. 761. V. 1. *γυμνάδος.* Vid. ad nr. 103. v. 3. V. 2. *ἄβας.* Quum dorica haec forma sequentibus minime respondeat, ἕβης in Marmore esse suspicor. Non raro describentes litteras *A* et *H* inter se permutaverunt. Vid. nr. 177. v. 2. V. 5. *πινυτωι.* Toll. *πυκινῷ* emendavit nescio quis apud eundem. *πυκινὸν ἄλγος* pro *μεγάλῳ* dicitur. Homer. *Ἰλ. π.* 599. *πυκινὸν δ' ἄχος ἔλλαβ' Ἀχαιοίς.* Hesych. *πυκινὴν . . . ἰσχυράν, συνεχῆ.* V. 7. *αιξας.* Marim. *αἰάξας.* Reisk. cum H. van Eldik in Susp. p. 33. — *στοναχησηλην.* Toll. *ἰδίην* dedi cum Reiskio. Sed fortasse non recedendum a lectione Tolliana, *στονάχης λίην.*

Nr. 128. Ex Chandleri Sylloge Inscr. p. 58. Tom. II. nr. 48. Br. III. 280. nr. 610. An. III. 2. p. 204. V. 1. *ἀρχὸν ἐμέ.* Breve in arsi productam in poeta recentioris commatis facile ferimus; ut etiam vers. 5. hiatus *κατὰ ἄστυ.* V. 8. *στησεν.* Chandl. *στήσειν.* Br. — Nr. 129. Philostrat. in Heroic. c. 19. p. 748. Br. III. 212. nr. 291. An. III. 2. p. 42. V. 2. *ἀπ'.* vulg. *ἄπ'.* Br. et Boisson. Junge *ἀποκρέμαστος κατὰ πένκης*, quod monui in Animadverss. sed perperam ibi excusum *κατακρέμαστος.* V. 3. *ἐγκειμαι.* Vulg. *ἄγκειμαι.* Br. quod Codd. nonnulli ap. Boissonadium confirmarunt. *ἀμετροβόις. ἀμετροβίων*

ἐλεγάντων. Manetho I. I. 53. Vid. Schaefer. ad L. Bos p. 114. ἀμετραβόαις. Boisson. ex uno alterove codice.

Nr. 130. Ex Montefalc. Diar. Ital. p. 154. Br. III. 309. nr. 726. An. III. 2. p. 312. V. 1. *λιαν κλυτογ*. Montef. unde Buherius *ἀγαγ κλυτοῦ*; *ἀγακλυτοῦ*. Br. In Marmore *AIAN* et *AI'AN* duabus tantum lineolis discrepant, quae in his ipsis litteris innumeris in locis aut omissae, aut extritae sunt. V. 3. *εὐγενίαν σοφίαισι*. Montef. *εὐγενίᾳ σοφίῃ τε* Br. verissime, nisi quod *σοφίᾳ* scribendum erat. V. 4. *βωμὸς* illustravimus in Animadverss. T. III. 2. p. 261. Infra nr. 531. *τάφον τὸν ὄντα πλησίον, βωμόν θ' ἄμα*. In Inscr. Pocock. p. 13, Sect. VII. 1. *Ὁ βωμὸς καὶ ἡ ὁστοθήκη Νεικηγόρου τοῦ Ἱεροκλέους. ὁστοθήκη* iterum occurrit Ibid. nr. 8. ubi scribendum: *μνεΐας ἔνεκεν ἔθαψαν εἰς τὴν ἰδίαν ὁστοθήκην*. Recte nos *μνεΐας*. ut Ib. p. 13. nr. 11. *μνεΐας χάριν*. p. 19. nr. 16. *μνεΐα* (scr. *μνεΐας*) *χάριν*. p. 29. nr. 4. scribe: *Ἀπέλλωνι τῷ πατρὶ μνεΐας χάριν. Χαῖρε. Βωμόν* in sepulcris iterum commemorat Inscriptio ap. Eund. p. 40. nr. 10. quae sic corrigenda: *Κλανδία πατεσκεύασε τὸν βωμόν Μοσυλιανῷ τῷ τέκνῳ μνήμης ἔνεκεν· εἰάν δέ τις μεταθῇ αὐτὸ ἐποκρίσεται τῷ γίσκεψι*.

Nr. 131. Chandler. Inscr. pag. 51, nr. 80. Dedi in Paralip. II, p. 762. nr. 9. V. 3. *αγλαΐησι*. Fortasse scribendum: *νάμασιν ἀγλαΐῃ τε κεκασμένον*. De thermis Hieropolitanis vid. Strabon. L. XIII. p. 629. a. T. V. p. 484. — Nr. 132. Ex Synesii Epist. CXXVII, p. 262. A. Suid. in *Φερῶνος*. T. III, p. 658. Br. III. 334. Edit. Lips. IV. p. 201. nr. 394^b. An. III. 2. p. 94. V. 2. *λυσσητῆρα*, Suid. l. c. Cf. Eund. in *Λισσάνις*. T. II. p. 475. et in *Λακιδέας*. T. II. p. 410. ubi vid. Kusterum. — Nr. 133. Ex Philostr. in Vit. Soph. p. 566. Br. III. p. 272. nr. 577. An. III. 2. p. 188. Cf. Addend. T. III. 3. p. 136. De loco, ubi Herodes sepultus esse existimatur, vid. Coray. ad Plutarch. Vit. Cijm. T. III. p. 389. s. ubi in loco Marcellini in Vit. Thucydidis *Herodis* nomen *Herodoto* substituitur admodum probabiliter. Reliqua, quae ibi depravata sunt, sic equidem restituenda suspicor: *ἐνθα δεικνύται Ἡρώδου καὶ Θουκυδίδου τάφος, ἐξορίσσονται* (vulg. *εὐρίσκειται*) *δηλοῦντι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντας* (*ὄντως* vulg.). Uterque enim, Thucydidea et Herodes, genus referebant ad Miltiadem.

Nr. 134. Edidit Fabric. Bibl. Gr. T. VIII. p. 156. Cf. T. IX. p. 97. ed. Harl. Emendatius ex Cod. exhibuit Br. III. 277. nr. 596.

An. III. 2. p. 197. Cf. Addend. T. III. 3. p. 137. V. 1. ἔξοχα ἔργα. Vid. ad Palat. p. 310. nr. 650. V. 6. ἡττησας vulgo. ἡττήσας correxi cum Passovio, qua correctione simul asyndeton tollitur et metrum juvatur. De forma activa huius verbi monuit Schaefer. in Append. ad Aristoph. Plut. p. 525. — Nr. 135. Ex Suid. T. II. p. 406. Br. III. 189. nr. 193. An. III. 1. p. 401. V. 1. κόλοσσοις. Br. — Nr. 136. Edidit Gronov. in Thes. Praef. ad T. XII. Br. III. 292. nr. 662. An. III. 2. p. 237. V. 5. οἷός ποτ' ἔφουσε. Sic Br. in textu; sed quum φῶσαι neutraliter non dicatur, legendum censet idem: οἷός περ ἔφου ποτ' Ἰαχχος, quae nimia est mutatio. Propius ad vulgatae ductus legerim: οἷός ποτε, φασίν, Ἰαχχος. V. 6. ἀλκείδης. Ἀλκείδης corrigit Br. in Lectionibus, non video quare.

Nr. 137. Ex Gruteri Thes. p. 1039. 10. dedi in Paralip. II. nr. 10. p. 762. V. 1. φιληγημερη. Suspica-bar: φιλήη μερίς. De homine Damaget. in Palat. p. 258. nr. 355. ἦν δ' ὠνὴρ Μουσῶν ἰκανῇ μερίς. saepius de partibus et factionibus politicis. Vid. Stephan. Thes. Gr. T. II. p. 852, F. Hoc epigramma ex antiquioribus consutum in fine fortasse mutilum est. — Nr. 138. Ex Plutarch. Vit. Arati c. 14. Br. III. 280. nr. 609. An. III. 2. p. 203. V. 1. βολάας. Vulg. V. 2. πλάθεται. Vulg. πλάζεται. Br. Illud restituui. πλάθειν pro πελάζειν obvium apud Tragicos; etiam ap. Antipatr. in Palat. p. 410. nr. 523. v. 6. Ut autem πελάζειν et πελάζεσθαι dicitur eadem vi, ita πλάσθηναι et πλάθειν. Vid. Schaefer. Melet. p. 74. V. 6. δαίμονι σῶ. editt. vet. δαίμον' ἴσον. Br. c. Stephano. Rectius, ni fallor, Reiskius: δᾶμον ἴσον, popularem civitatem, aequalibus legibus fultam et firmatam. — Nr. 139. Ex Olympiodori Comment. in Platon. Gorg. ubi integrum extat; primum distichon plures laudarunt, Cf. Menag. ad Diogen. Laërt. p. 198. Buhl. ad Aristot. Vit. p. 53. ed. Bip. Br. III. 266. nr. 547. et in Lectt. p. 284. An. III. 2. p. 173.

Nr. 140. Edidit Villos. Magas. encyclop. an. V. T. II. Millin Voyage dans le Midi de la France Tom. III. p. 150. Repetivi in Paralip. II. nr. 11. p. 763. V. 2. δεῖξας μεικρον. Marm. Praepositionem a quadratario omissam restituit Villos. V. 6. εν bis in Marm. V. 7. χηρίαν δυστήνου. Si auctor epigrammatis sic scripsit, vocem χηρίαν, quae et ipsa est insolens, δυσλλάβως usurpavit. Bene haec habebant, sic scripta: χηρίαν, στυγιῇ παιδὸς ἄμ' ὀρφανίῃ. — Nr. 141. Ex Athen. in Excerpt. L. IX. p. 782. 22. (in Animadverss. Casauboni.)

T. IV. p. 215. ed. Schweigh. Dedi in Paralip. II. nr. 12. p. 764. V. 1. *γράμμα πηρασίοιο*. Vulg. *γράμματα Παρῆρασίοιο* legendum esse docui in Exercitatt. Crit. T. II. p. 25. s. Similiter correxit Merrick. ad Tryphiodor. p. XL. not. m. Disputavit de hoc epigr. vir graecae artis peritissimus Quatremère de Quincy Jupiter Olymp. Part. II. §. 8. p. 120.

Nr. 142. Ex Pausan. L. V. 24. p. 459. Br. III. 177. nr. 157. An. III. 1. p. 367. V. 1. *δέξο ἄναξ*. Homer. Ὀδ. λ. 561. *δεῦρο ἄναξ*. et sic passim alibi vocem ἄναξ vocalis praecedit. — Nr. 143. Ex Inscr. Gudianis p. 55. Br. III. 183. nr. 166. An. III. 1. p. 380. Cf. Cuperi Harpocr. p. 152. V. 1. *συννάοισι*. Vid. Intrpp. ad Hesych. T. II. p. 1309. 14. V. 2. *καθιδρύσατο*. antepenultima correpta. Vid. ad Palatin. p. 223. nr. 109. — Nr. 144. Ex Pocock. Inscr. p. 51. nr. 14. Dedi in Paralip. II. nr. 13. p. 765. V. 2. *ΕΛΛΑΔΙΝΕ-ΚΟΝΙΟΤ*. Poc. Suspiscabar olim: Ἑλλάδιον *ΟΛΙΓΟΤ*. quod ab *ΟΝΙΟΤ* proxime abest. Sed longe probabilius, in *ΕΚΟΝΙΟΤ* latere *ΣΚΟΛΙΟΤ*, praesertim ob syllabam praecedentem. Nomen *Helladii* frequens; *σκολιὸς βίος* est vita iniqua, doli et aerumnarum plena. Sic fere nr. 195. *ἀποπρολιπούσα μερίμνας πενθεδανοῖο βίου*.

Nr. 145. Ex Marmor. Oxon. pag. 111. Br. III. 281. nr. 612. An. III. 2. p. 205. — Nr. 146. Ex Polluc. L. VIII. 131. dedi in Paralip. II. nr. 14. p. 766. Cf. Schneider. ad Aristotel. Polit. L. II. 9. pag. 157. — Nr. 147. Ex Fabrett. Inscr. pag. 288. Br. III. 304. nr. 708. An. III. 2. p. 284. V. 4. *δεξιά δ' ἀντετάφη*. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 210. V. 6. *εχγονω*. Marm. *ἐγγόνω*. Br. quod necessarium non videtur. V. 7. Marmoris lectio *ἐνεώσατο* sincera videbatur Dorvillio, *renovandi* et *instaurandi* significatione. *ἐπεχώσατο* Br. cum Eldikio in Suspici. p. 17. — Nr. 148. Ex Gruteri Thes. p. 1036. Br. III. 311. nr. 734. An. III. 2. p. 320. V. 3. *αμπαλα γαρ*. Grut. *λαμπάδα γάρ*. Br. c. Maffeo in Arte Crit. Lapid. p. 115. nec aliter in Marmore legit Åkerbladius, qui hoc epigr. descripsit in insula Chio prope vicum Teplagi Bachi. V. 5. *εφηβει θαλλων*. Grut. *εφηβείας*. Br. c. Dorvill. in Vann. crit. p. 174. *εφεβείας*. Åkerbl. Suid. *ἐφήβεια, νεότης, ἡ ἀκμή τῆς ἡλικίας*. Antip. Sidon. in Palat. p. 280. nr. 467. v. 7. V. 8. *εἰς με*. Vid. supra ad nr. 109. et ad Palat. p. 265. nr. 595. *ἐπέκρανε, ἐπέκλωσε* malebat Br. sine causa idonea. Jejuna tamen epigrammatis clausula, aut inepta potius. Consolatur puer pa-

rentes eosque a luctu cessare jubet, causa addita, quod Parca ipsi hunc vitae finem effecerit. At hoc ipsum parentes plorant, quod Parca tam teneris annis imposuerit finem. Quare vide, an ille scripserit: *τίρμα γὰρ ΕΥΣΕΒΙΑΙ Μοῦρ' ἐπέκρανε τόδε. Hunc finem Parca pietati meae dedit et assignavit*; nam pii citius terrenarum rerum aerumnis eripiuntur. — Nr. 149. Ex Gruteri Inscr. p. 1099. nr. 3. Br. III. 281. nr. 611. An. III. 2. p. 204. V. 2. verba *ὁ μνησιέτης . . . χρόνος* orationem institutam eleganter interrumpunt. Vid. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 294.

Nr. 150. Ex Murator. Thes. p. 1066. dedi in Paralip. II. nr. 15. p. 766. V. 2. *μνημοσυνην*. Murat. — Nr. 151. Ex Gruteri Inscr. p. 1098. nr. 6. Br. in Lectt. p. 286. In edit. Lips. T. IV. p. 246. nr. 612^b. An. III. 2. p. 205. V. 2. *ἦν*. in caesura positum, ut ap. Theognid. v. 778. (800) *ἀλλ' ὡς λῶϊον, οὗ μὴ πλεόνεσσι μέλει*. Similiter Ammian. in Palat. p. 536. nr. 209. *εἰς τὴν οὐκέτι σὴν γῆν ἀναλόμενος*. De articulo, sic passim in caesura hexametri posito, vid. not. ad Palatin. p. 412. nr. 338. — Nr. 152. Urnae cinerariae inscriptum. Gruter. Thes. p. 665. Br. III. 512. nr. 739. An. III. 2. p. 526. V. 2. *εἰπενδεκατον*. omnes. *εἰθ' ἐνδεκατον*. Br. Haud semel quidem factum, ut in marmoribus adspiratio negligetur; sed hoc loco vereor, ne sinceram lectionem cum Brunkio oblitteraverim. Scribendum enim: *εἶπεν δέκατον πάλιν ἡμαρ*. De *εἶπεν* pro *εἶτα* usurpato vid. ad Palat. p. 387. nr. 194. v. 3.

Nr. 153. Ex Gruteri Thes. p. 700. Br. III. 309. nr. 727. An. III. 2. p. 315. V. 4. *επταετης*. Smet. et Grut. *ἐπταίτις*. Br. Similiter nr. 209. v. 8. in marmore esse videtur *εἰκοσιπενταετης* pro *εἰκοσιπενταίτις*. — *γλυκνιότερον* vulg. *γλυκνιώτερον* correxi cum Schaefero Meletem. p. 102. — Nr. 154. Insculptum Hermae cum capite Homeri. Gruteri Thes. p. 419. Br. III. 256. nr. 499. An. III. 2. p. 146. Eidem Hermae insculptum aliud nr. 279. V. 4. *οὐ μά σε*. Br. V. 6. *φαισι*. Vulg. *φαισιν* dedi, monente etiam Passovio. — Nr. 155. Ex gemma Gruteri in Thes. p. 843. nr. 6. Dedi in Paralip. II. nr. 16. p. 766. V. 1. *διοση*. Grut. *διοσῆ*. Rigalt. Cf. Valken. Annot. ad N. T. p. 399. V. 2. *τοσσον μισηθεις*. Grut. *μισηθῆς* corr. Villosion in Magas. encycl. an. VII. T. II. p. 872. quod quamvis soloecum (Vid. Porson. ad Eurip. Hecub. v. 450. Herm. ad Viger. p. 731. sq.), non tamen fortasse repudiari debet. Metro satisfacit, quod in margine

proposui: τοῖς μισηθείης. i. e. οὕτως. At hoc an recte copuletur cum ὅσων, dubitari potest.

Nr. 156. Ex Stephan. Byzant. in *Ἀγρίαι*. p. 28. ed. Berk. dedi in Paralip. II. p. 767. nr. 17. ubi vide, quomodo Jac. Gronovius corruptissimum hoc tetrastichon corrigere instituerit. V. 1. *δ' ἐν ἀδελφῶν*. Scribe: *ἐν' ἀδελφῶν*. *unum ex tribus fratribus*. V. 2. *ἐμόν*. Recte Gronovius *ἐμῶν* videtur correxisse. V. 3. 4. Gronovii correctionem in marg. posui, in qua οὕτως ἐὼν videtur verum. Reliqua incerta sunt. — Nr. 157. Ex Suida T. III. p. 655. Br. III. 194: nr. 214. An. III. 1. p. 414. — Nr. 158. Ex Gruteri Thes. p. 391. Br. III. 275. nr. 589. An. III. 2. p. 193. Cf. Hagenbuch. in Epist. epigr. p. 53. et 79. V. 2. *Κλαυδιανόν*. Est qui *Κλαυδιανῶ* corrigat. Sic certe oratio rotundior. — Nr. 159. Ex Plutarch. Vit. Demosth. c. 30. T. V. p. 227. ed. Cor. In Opp. Moral. T. II. p. 847. Br. III. 268. nr. 559. An. III. 2. p. 177. V. 1. *ἴσην ῥώμην γνώμη*. Plut. *ἴσην γνώμην ῥώμην*. Zosim. Ascal. in Vit. Demosth. in Oratt. Gr. T. IV. p. 151.

Nr. 160. Ex Gruteri Thes. p. 701. nr. 10. dedi in Paralipom. II. p. 768. nr. 18. V. 1. *ατινιωικακε*. Vulg. De Atiniano nescio quo agi existimabant Interpretes. Sed in mulierem haec scripta esse, quae sola de tota familia superstes fuit, ex seqq. apparet. Scripsi *Ἀτινιαν, ὃ κακὲ δαῖμον*. qua correctione etiam rhythmus insigniter juvatur, in cuius gratiam auctor ultimam syllabam corripuit, ut v. 5. in *Πομπήταν*. In utroque nomine accentum retraxi, ut correptio illa indicaretur. V. 2. *οὐχ ὁσίως*. molestum asyndeton, quod tolles scribens, *οὐδ' ὁσίως*. — *κατέδον*. Grut. *κατέθον* correxit Gudius: *non ut, fas erat, pietatis persolvisti mercedem*. Sic haec accipias licet; sed haud scio, an rectius *κατατίθεσθαι* h. l. accipiat pro *componere*. Tum sequentes accusativi ab hoc verbo pendent, *ποινὴν* autem absolute positum, ut *ἄποινα* et *δομεάν* saepissime. Sic infra nr. 214. *οὐ τὴν θεοτείχεα Τροίην ἤρειψαν, ποινὴν ἠνέκμον* Ἑλλένης. — V. 5. *αργογενή*. Vulg. *Ἀργογενῇ* dedi cum Scaligero. *Πλούδεντας*, a nominativo *Pudens*, syllaba *ου* correpta, ut in *Πόστονμος* ap. Apollonid. Palat. p. 484. nr. 791. v. 6.

Nr. 161. Ex Pocock. Inscr. antiqu. p. 44. nr. 2. dedi in Paralipom. II. nr. 19. p. 769. V. 1. *θανμα .. μΓΓION*. Poc. Scripsi: *θαῖμ', Ἀμμώιον*. Cf. epigr. αῖδ. in Palat. p. 471. nr. 674. V. 2.

πολλοι. Poc. Regionis oppidivi nomen videtur excidisse. V. 3. *τιρο-
μενοι σιν*. Poc. In versus exitu verba procul dubio transponenda:
ὑδασιν εἶρε πόρον. V. 5. *καίταμεν*. Poc. *καὶ τὰδε μὲν* scripsi metro
postulante, ut in exitu versus *πελαρῖζειν* pro *πελαρύσειν*. V. 8. *ὑμνιν*.
Poc. Proximum erat *ὑμνεῖν*; sed huic verbo appositum *θαρσαλίως*
non bene convenit; quare *μίμνειν* dedi. Ut in hoc verbo *I* deprava-
tum in *T*, sic statim in *πορευομενους*. V. 9. *χαιριτων*. Poc. V. 10.
ουθεμινημηριοις. Poc. Recte me emendasse puto: *ὅς γέ μιν ἡμερίοις*.
Caeterum hoc distichon mihi non satis perspicuum esse fateor. —
Nr. 162. Ex Strabon. L. II. p. 126. B. T. I. p. 198. ed. Siebenk.
Br. III. p. 234. nr. 393. An. III. 2. p. 93.

Nr. 163. Edidit Taylor ad Demosth. T. II. p. 358. unde id rea-
petivit Br. in Notis ad Theogn. v. 751. p. 296. Paralip. II. nr. 20.
p. 770. V. 7. *Ἀλκαθίου* Tayl. De Alcathoo vid. Pausan. L. I. c. 43.
T. I. p. 165. ed. Fac. — Nr. 164. Exhibuit Salmas. ad Scriptt. Hist.
Aug. T. I. p. 805. Br. III. 189. nr. 191. An. III. 1. p. 400. V. 1.
τε φανηφορος. Salm. et alii. *στεφανηφόρος* emendavit Reines. in In-
scriptt. p. 83. qui etiam de Crescente disputavit. V. 2. Vox *ἔνσοφος*
in Lexicis nostris non reperitur. — Nr. 165. Ex Plutarcho in Vit.
Cimon. c. 7. T. III. p. 187. ed. Cor. Aeschin. Or. c. Ctesiph. p. 572.
ed. R. Br. III. p. 181. nr. 157. An. III. 1. p. 376. V. 3. *ἐς πέδιον*.
Plut. *ἀμπεδιον*. Aesch. V. 3. *πύκα χαλκοχιτώνων*. Aeschin. vulgo.
Sed in Cod. Bern. *θωρηκτάων* legitur, ut ap. Plutarch. Et sic habetur
ap. Homer. *Ἰλ. μ. 317. ο. 739*. V. 4. *ἔξοχον ἄνδρα*. Aesch. V. 5.
αἰκίς. Aesch. Plut. *ἄγθες* legendum suspicabatur Marklandus. V. 6.
κοσμητάς. Aesch. quod non spernendum.

Nr. 166. Edidit Sirmond. Notis in Sidon. Apollinat. pag. 50.
Br. III. 186. nr. 631. An. III. 2. p. 217. — Nr. 167. Ex Lycurgi
Or. in Leocr. p. 215. ed. Reisk. Aristid. T. II. p. 380. ed. Oxon.
Paralipom. II. nr. 21. p. 771. V. 2. Hic versus ap. Lyeurgum sic
legitur: *χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν*. Cf. Wesseling. ad
Herodot. p. 492. 6. — Nr. 168. Ex Diodor. Sic. L. XI. 33. T. I.
p. 430. ubi vid. Wesseling. Br. III. 179. nr. 144. An. III. 1. p. 370. —
Nr. 169. Ex Pausan. L. I. 37. p. 89. Br. III. 187. nr. 183. An. III.
1. p. 393.

Nr. 170. Edidit Spon. in Miscell. erud. Antiqu. p. 376. Cf. Ha-
genbuch. epist. epigr. p. 150. Dedi in Paralip. II. nr. 22. p. 771.

Mali versificatoris foetus. V. 1. *κεῖμαι*. posteriore syllaba correpta, de qua licentia multi multa. Vid. Ernest. in Excurs. ad Callimach. T. I. p. 260. Hoc recentiores tantum ausos esse, hodie nemo dubitat. V. 2. *Ἀρχίον*. pronuntiandum *δισυλλάβως*. Vid. ad nr. 243. v. 1. V. 3. *κεν* ab imperito versificatore metri implendi causa videtur insertum. In *Πορβλιανῇ* idem penultimam corripuit, ut alii passim in *Ἰουλιανός*, *Λουκιανός* et aliis similibus. Vid. ad Palatin. p. 317. nr. 700. — V. 4. *σκαιαδαί* et *εγγενίης*. Spon. — *ἐπέλον*. fortasse, *ἐπίλοντ'*. V. 5. *χρηεῖα τε*. Spon. *χρηεῖαις*. Fabrett. *χρηεῖς* emendavit Hegenbuch. *χρηεῖη* expectabatur post *εγγενίης* sed auctor dialectos imperite miscuit. V. 6. *πενθεπακομένη*. Spon. *πενθαιτακομένα*. Fabrett. V. 7. *δανεταην*. Spon. *δανετλην*. Fabr. Quum duplex δὲ ferri non posset, scripsi *μάλ'* *ἔτλην*. Ductus in marmore *ΔΑΔΑ* facile pro *ΔΑΝ* haberi potuerunt. V. 8. *θελπομένη*. Spon. *θελγομένη*. Fabr.

Nr. 171. Ex Sponii Miscell. pag. 320. Br. III. 308. nr. 722. An. III. 2. p. 307. V. 4. *γυμνάς*. Vid. ad nr. 103. — Nr. 172. Ex Muratori Thes. p. 1732. Br. in Lectt. p. 304. In edit. Lips. IV. p. 279. nr. 729^b. An. III. 2. p. 316. V. 2. *ποιεῖ*. Murat. *ποιήσε*. Br. — Nr. 173. Ex Pausania L. VI. 3. p. 459. qui hos versus Lysandri statuæ insculptos fuisse tradit. Br. III. 187. nr. 181. An. III. 1. p. 393. V. 2. *ἔστηκε δ' ἀνάθ*. Vulgo. *ἔστηκ' ἀνθίντων*. Br. cum Scaligero. V. 3. *πάτρα*. Vulg. *πάρρα*. Codd. — Nr. 174. Ex Gruteri Thes. p. 634. Br. III. 276. nr. 593. An. III. 2. p. 196. V. 3. *καὶ νότος*. *καὶ* in hac sede ante vocalem productum versificatoris negligentiae tribuit Hermann. ad Orph. p. 729. V. 4. *ωεπετειαδε*. Grut. *ὡς ἐπέτελλε*. Br. mutatione minima. — Nr. 175. Ex Athen. L. X. p. 455. D. Br. III. 317. Aenigm. 1. An. III. 2. p. 342. Cf. Eustath. ad Odyss. p. 256. 12. — Nr. 176. Ex Eusebii Praepar. Evang. L. XI. 6. p. 520. Br. III. 209. nr. 280. An. III. 2. p. 34. a.

Nr. 177. Ex Pocock. Inscriptt. Antiqq. p. 51. nr. 22. retuli in Paralip. II. nr. 23. p. 773. v. 2. Depravatam lectionem, ut ap. Pocockium habetur, in margine posui. Nomen viri *Κάρπος* incertum est; de *ἀνάνου* dubitari non potest. De litteris *A* et *H* inter se permutatis dixi ad nr. 127. v. 2. — Nr. 178. Ex Gruteri Thes. pag. 1039. Br. III. 198. nr. 237. An. III. 2. p. 7. V. 2. *ἄνακτι*. Grut. *ἄνακτα*. Br. *φηλητέων*. Vid. not. ad Palat. p. 140. nr. 309. — Nr. 179.

Ex Gruteri Inscriptt. p. 1096. nr. 8. Br. in Lectt. p. 287. In Edit. Lips. T. IV. p. 246. nr. 612^c. An. III. 2. p. 206. V. 6. *πυρρον*. Marm. *πύρρον*. Br. qui *βουλῆς* et *δήμου* malit. Certe *Pyrrhi* nomen alienum est. Flaminius Cornelius, qui hanc inscriptionem ex Marmore repetivit in Creta Sacra T. I. P. II. p. 140. habet: *βουλῆς κἀντρος στῆσιν ἐφημοσύνη*. in quibus quid lateat, aliis investigandum relinquo.

Nr. 180. Ex Athenaeo L. X. p. 449. F. Br. III. 320. Aenigm. nr. 10. An. III. 2. p. 347. V. 3. *ἀξύνετ' ἀξύνετροισιν*. Vulg. *ἀξύνετα ξυνετοῖσι*. Br. c. Casaub. Sic etiam Cod. Epitom. Euripid. Iphig. Taur. 1092. *εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν*. — Nr. 181. Ex Athen. L. X. p. 450. F. Br. III. 321. nr. 13. An. III. 2. p. 349. V. 5. *ἔξεστι*. Vulg. Br. — Nr. 182. Ex Plutarch. Tom. II. p. 14. Br. III. 183. nr. 168. An. III. 1. p. 581. V. 2. *εὐίστον πόθον*. i. e. *ἐπιθυμίαν μαθήσεως*. quod in Animadversionibus illustrare conatus sum. *εὐλιστον* tentavit Toup. Em. in Hesych. T. IV. p. 325. et *εὐοιστον*. T. II. p. 440. not. edit. Oxon. In vulgata haerebat etiam Schneiderus, qui Plutarchi libellum de Puer. Educ. edidit Argentorati. 1775. ubi Eurydicen esse suspicatur uxorem illam Polliani, cujus eruditionem Plutarchus laudat in Praecept. Conjug. T. II. p. 145.

Nr. 183. Ex Pausan. L. VI. 10. p. 476. Br. III. 178. nr. 141. An. III. 1. p. 369. — Nr. 184. Ap. Gruter. p. 655. Br. III. 301. nr. 699. An. III. 2. p. 274. — Nr. 185. Ex Gruteri Thes. p. 1027. Br. III. 269. nr. 561. An. III. 2. p. 179. Terminum inculptum hoc epigr. cum duobus aliis, quae vid. nr. 286. et 377. — Nr. 186. Ex Pausan. L. V. 27. p. 450. Br. III. 178. nr. 139. An. III. 1. p. 368. V. 2. *βιασάμενοι*. Vulg. *βιασσύμενοι*. Br. Aut hoc, aut *βιησάμενοι* reponendum. Aliter se res habet in dōrico epigr. nr. 226. — Nr. 187. Ex Pausan. L. VI. 19. p. 499. Br. III. p. 178. nr. 142. An. III. 1. p. 369. — Nr. 188. Ex Plutarch. Vit. Flam. c. 12. T. II. p. 346. ed. Cor. — Nr. 189. Ex Maffei Mus. Veron. p. 375. Br. in Lectt. p. 503. Edit. Lips. T. IV. p. 267. nr. 695^b. An. III. 2. p. 269.

Nr. 190. Ex Muratori Thes. p. 620. dedi in Paralipom. II. nr. 24. pag. 773. *προσερεστατος*. Murat. C mutavi in Φ. — Nr. 191. Ex Aeschin. Or. in Ctesiph. p. 572. ed. R. Plutarch. Vit. Cimon. c. 7. T. III. p. 186. ed. Cor. Br. III. 180. nr. 155. An. III. 1. p. 375. V. 2. *μεγάλης ἀρετῆς*. Aesch. *μεγάλων ἀγαθῶν*. Plut. In fine versus Tom. IV.

colon ponendam. V. 5. καὶ ἔπειτα. ἐθελήσῃ. Aesch. Plut. ἢ' ἔπειτα. ἐθελήσῃ. Br. c. Marklando, ut hoc distichon arctius cohaereret cum praecedente. Idem color in ep. Mnassalcae in Palat. p. 243. nr. 242. ἄρουνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν· ἀλλὰ τις ἀστῶν Τούτῳ εἰδῶν θνάσκουσιν τλάτω ὑπὲρ πατρίδος. V. 2. ἀμφὶ περὶ ξυνοῖς et δῆριν ἔχουσιν. Plut. ἀμφὶ ξυνοῖσι περ. μόχθον. Aesch. Quidam Codd. χαίρων ἀμφὶ ξυνοῖς. Fortasse scribendum: ἀμφὶ πατρὸς ξυνοῖς πράγμασι. Quod si nolis, Aeschinis lectionem restitue.

Nr. 192. Ex Pausan. L. IV. 1. 4. dedi in Paralip. II. nr. 25. p. 773. s. V. 1. 2. lacunas eleganter explet correctio Lennepii: μεγάλης τε κλεινοῦ ἀήμετρος. V. 4. Quum Pausanias dicat, hoc epigrammate doceri, Cauconem ad Messenam venisse, eique magnarum dearum orgia attulisse, idque verbis huius epigrammatis, ut nunc quidem leguntur, minime efficiatur, Lennepius in Animadvers. ad Coluth. p. 151. corrigit: Φλυάδεω κλεινοῦ γόνον Κανέκωνα διδάξαι. Mihi in mentem venerat: Κανέκωνος ἀπ' Ἰδμης. Hesych. Ἰδμην. φρόνησαν. Id. Ἰσμη. φρόνησις, πρόφασις, ὕνσεις. Doctius vocabulum a librariis facile depravari potuit. V. 5. παιδιόνιος φῶς. Πανδιόνιος υἱὸς corrigit Lennepius, quod necessarium non videtur. Caeterum Lennepii correctiones Facium v. cl. latuerunt.

Nr. 193. Ex Sotione de Flum. ad calcem Aristot. p. 125. ed. Sylb. Vitruv. L. VIII. 3. Br. III. 191. nr. 199. An. III. 1. p. 407. V. 1. ἡδεῖα ψυχροῦ πόματος λιβάς. ex Cod. Franequ. Schneiderus, quem vid. ad Vitruv. T. III. p. 124. Cf. Wesseling. Obs. p. 231. ἀνίης perspicue est in Cod. Franequ. ἀναβάλλει. Wessel. V. 2. τήνδε. Cod. Fran. Salmasius in Exercitatt. Plin. p. 1030. habet: Ἠδεῖα τοι ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν ἀναβάλλει. Πηγὴ· ἀλλὰ ν. π. ὁ τήνδε πιών. — Nr. 194. Ex Stephan. Byz. in Φασήλῃς. p. 692. Br. III. p. 268. nr. 656. An. III. 2. p. 176. V. 3. ἐν δὲ χθῶν ἱεραῖς τρεῖς καὶ δέκα ἀμύλλαις. Vulg. ἀντὰρ ἐπὶ χθονὸς ὧν ἱεραῖς. Br. c. Ruhnkensio ad Timae. p. 17. Rectius procul dubio Tyrwhitt. ad Aristot. Poet. p. 193. ἐν δὲ χορῶν τραγικῶν ἱεραῖς τρεῖς καὶ δ. ἀ. V. 4. ἀκηράτους. Vulg. ἀκηρασίους corrigunt, et ἀκηροτάτους. ἀγχεράτους cum Ruhnkenio dedit Br. Vid. ad Palatin. p. 208. nr. 6.

Nr. 195. Ex Gruteri Thes. p. 919. nr. 5. retuli in Paralip. II. nr. 26. p. 775. V. 4. ὡς ἀνὴρ καθαρῇ. Suspensus sum, ἀνίης καθαρῇ. Sed vel sic oratio paulo durior. Num mutata distinctione legendum:

ἀποπρὸλιπούσα μνήμης, Πανκιδανοῖο βίου ὡς ἀκίη καθαρή. conjunctivo pro optativo posito: *ut pura et integra a vitae sordibus ad coelum adscenderet.* — Nr. 196. Edidit Sirmond. ad Ennod. VIII. Ep. 42. Br. III. 514. nr. 746. An. III. 2. p. 334. V. 1. γλυνερώτερε. Vulg. γλυνερώτερος. Br. Malis praeterea ἐμοί. — Nr. 197. Ex Murator. Thes. p. 1376. et 2075. Br. in Lectt. p. 303. In edit. Lips. IV. p. 275. nr. 721^o. An. III. 2. p. 505. V. 2. καταφρων et καταφρονι. Murat. κατὰ χθόνα. Br. ex correctione Dorvill. ad Charit. p. 100. — V. 3. ἐσάθρησας. Murat. ἐσάθρησας ἰούσα. Br. c. Dorv. V. 4. φιλοισταδιοῖσιν. Mur. σταθμοῖσιν. Br. c. Dorvillio, qui multa attulit de more veterum defunctos intra aedium limina sepeliendi. V. 5. οροίην. Murat. Br. ὀρώην scripsi. — Nr. 198. Ex Smetii Inscr. fol. XXIII^b. Br. III. 188. nr. 186. An. III. 1. p. 396. V. 2. καὶ Προδ. Smet. et Mur. καὶ Προδ. Br. Et sic nunc reperio scriptum, aut potius καὶ in schedis a cl. Buttmanno mecum communicatis. — Nr. 199. Ex Athen. L. X. p. 442. F. Br. III. p. 234. nr. 394. An. III. 2. pag. 93. V. 2. τοίη δῆ. Athen. τοιῆδε. Br. metro reclamante.

Nr. 200. Ex Chishull. Itiner. pag. 168. Br. III. 299. nr. 692. An. III. 2. p. 262. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 523. Toup. in Addend. ad Theocr. p. 399. V. 6. οὐθέν. omnes. οὐθέν. Br. V. 7. ὄφρα σε-αψω. Marmor. ὄφρ' ἂν ἐφαψῶ. Dorvill. *dum ad te perveniam, dum tecum conjungar.* At sic sequens versus nullo cum praecedentibus vinculo cohaeret. ὄφρ' ἂν ἐς αἰῶ. Br. c. Toupio, meliore verborum conjunctione. Hoc auctor videtur voluisse: Laetus cum patre (Sostrato, ni fallor) degas, ut ille magna et perpetua laude filii etiam apud inferos fruatur. — Nr. 201. Ex Montefalc. Itiner. Ital. p. 423. Br. III. p. 309. nr. 728. An. III. 2. p. 314. Cf. Ruhnken. in Koen. Not. ad Gregor. Cor. p. 287. (p. 609. ed. Lips.) V. 2. ἀλκῆαμφιλοχῶγγαιαι Marm. ἀλκίμη. Br. cum Ruhnk. N ante Γ in Γ mutatum, quae permutatio etiam alibi reperitur. V. 4. νασιγαδεταροικτερισαν. Marm. νάσι τᾶδ' ἔταροι κτερισαν. Br. c. Valkenario ad Herodot. p. 648. 42. *Insula est Corcyra, ubi hoc epitaphium repertum.* V. 6. σιννά φυλοπιδοςεξ. Marm. σῶμα δὲ φυλόπιδος ἐξέρ. Br. c. Ruhnk. quae falsa correctio. Σίρνας est nomen defuncti; quo servato et metrum salvum est, et δὲ suum locum occupat.

Nr. 202. Ex Pausan. L. X. pag. 849. Br. III. 177. nr. 135.

An. III. 1. p. 365. V. 1. Ad ποθέουσα subaudi *εἶμαι*, vel *εἰμι*. nisi auctor scripsit: *ἡμαι ὃν ποθέουσα*. . . Sic Hegesipp. in Palat. p. 164. nr. 124. ἀσπίς ἀπὸ βροτιῶν ὤμων Τιμάνορος *ἡμαι Ναῦ*. Mnasalc. Ib. p. 165. nr. 128. *ἡσο κατ' ἡγάθεον τόδ' ἀνάκτορον, ἀσπὶ φασεννά*. Quae si vera correctio; junge: *ἡμαι . . . ἄγαλμα Διὸς*. — Nr. 203. Ex Pausan. L. IX. p. 741. Br. III. p. 187. nr. 184. An. III. 1. p. 394. V. 3. ὅπλοισι. Br. Sylburgius epigrammatis auctorem scripsisse existimat: *Θήβης δ' ὅπλοισι Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται*. probante Brunkio; qui tamen *Θηβῶν* malebat sine causa idonea. Caeterum Pausanias neutrum horum, sed *Θήβαι* scripsisse videtur, memoriae lapsu, ut Br. probabiliter suspicatur.

Nr. 204. Ex Murator. Thes. pag. 809. Br. III. 300. nr. 694. An. III. 2. pag. 265. V. 2. *ἐξερητμοιοπεριξινηγαιμενος*. Murat. *ἐξηγαλμένων*. Br. c. Dorvill. ad Char. p. 105. *ἡγλαϊσμένων* scripsi, in quod incidit etiam doctissimus Marini editor p. 141. V. 6. *ἐν-θῆσης* et v. 8. *δύσης* recentiorem aetatem produnt. Vid. Schaefer. ad Theocr. p. 226. — Nr. 205. Ex Aeschin. Orat. c. Ctesiph. p. 572. ed. R. Plutarch. Vit. Cimón. c. 7. T. III. p. 186. ed. Cor. Br. III. 180. nr. 155. An. III. 1. p. 375. V. 1. *ἦν ἄρα*. pro *ἦσαν*. Vid. Matthiae Gr. gr. §. 211. not. 4. p. 280. *ἦ ἄρα* malebat Valken. ad Herodot. p. 376. 21. V. 3. *λιμὸν αἰθῶνα*. Callimach. in Cerer. 67. *ἄγριον ἔμβαλε λιμὸν, Αἰθῶνα, κρατερόν*. Hermippus ap. Plutarch. Vit. Pericl. c. 33. p. 314. ed. Cor. *δηχθεῖς αἰθῶνι Κλέωνι*. Ibi v. 3^{to} scribe ex Codd. ut numeri anapaestici postulant: *περὶ τοῦ πολέμου θεινόνος παρέχῃ*. — *κρατερόν*. Aeschin. *κρατερόν*. Plut.

Nr. 206. Ex Diogen. Laert. L. I. 41. p. 25. Br. III. 258. nr. 508. An. III. 2. p. 149. Erant, qui illud dictum Sodamo tribuerent: *ὡς τὸ ἐν Τεγείᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ*.

*Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράταν, ὃς μ' ἀνέθιπεν·
μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.*

Schol. ad Euripid. Hippol. v. 264. — Nr. 207. Ex Gorii Inscriptt. T. I. p. 119. Murator. Thes. p. 1205. retuli in Paralip. II. nr. 27. p. 775. V. 2. *πενταετηχομένη*. Murat. Leni mutatione scripsi: *πενταίτις μόνον ἦν*. V. 5. *οἰμεγηνατι* . . *ημητερ*. Gor. Mur. 'Tum βένους uterque. Corrigendum videtur: *ἦ δὲ με γειναμένη μήτηρ πένθησ'*, *Ἀριωνος* . . V. 6. *βωμένον* male excusum in editione

nostra. Scr. *βωμίνου*, ut est in marmore. Forma verbi vitiosa, sed metri causa inventa.

Nr. 208. Ex Pocock. Inscr. p. 45. Chandler. p. 4. in Paralip. II. nr. 28. p. 776. V. 1. *προσφιλές, αἰεὶ* sc. V. 2. *ἀσπασίοι σι Δοτοῖς*. Chandl. unde scripsi: *ἀσπασίοισι λόγοις*. Auctor vulgarem verborum structuram immutavit: *τῷ παριόντι ἀσπασίους λόγους νέμω*. V. 4. δὲ omissum ap. Poc. Chand. V. 5. Post *θάλλος* videtur *ἔσθην* fuisse. De reliquis ob ultimae lineae defectum statui non potest; sed *εἰδώς* sincerum non videtur. — Nr. 209. Ex Chandleri Inscriptt. II. 61. p. 67. Accuratus exhibitum ab E. Q. Visconti in libello cui titulus: *Lettre du Chevalier Anton Canova et deux Memoires lus à l'Institut royal de France sur les Ouvrages de Sculpture dans la Collection de Mylord Comte d'Elgin*. Londres. 1816. 8. Br. III. p. 307. nr. 721. An. III. 2. p. 300. s. V. 1. *ΞΑΝΘΑΙC*. Lapidario tribuendum videtur hoc epitheton, quo versus vitatur; nam, quod Viscontius vult, ut in *πυθίωσα* syllabae *δῖω* in unam contrahantur, id vix fieri potest. Hexametrum habebis perfectissimum, si poetam scripsisse statuas: *Ἢ ποτὲ πυθίωσα καλὰ ἰς ἐπὶ κρατὸς ἰθείραις*. In Marmore est *ΘΕΙΡΑΙC*. ut v. 4. *ΑΙΠΙΟΕΣΣΑΝ*. et v. 5. *ΧΙΛΕΞΙ*. V. 6. *ε'* post *ἀρετὴν* non est in Marmore. V. 7. *ΚΙΛΙΚΙΑ ΧΑΡ* Marmor. unde *χάρμα* fecit cl. Viscontius, in nomine *Κιλικία* duas priores syllabas a poeta productas esse statuens. Sed nomen mulieris *Κιλικία* fuisse videtur; ultimam autem vocem sic licet explcas: *Χαρίλλου*, vel similiter. V. 8. *εἰκοσιπενταετῆς* est in marmore, ut nr. 153. — V. 5. Sic, ut dedimus, haec verba leguntur apud Chandlerum. Brunkius corrigendum censebat: *Ἐρμος Ἀριστομάχοιο πατρός καὶ μητρός ἐσθλῆς*. Nunc in Marmore esse docemur: *Ἐρμεως δ' Ἀριστομαχοιο πατρός καὶ μητ* Viscontius explevit: *καὶ μητρός Ἐρίννης*. V. 9. *φιλη* ap. Viscont. Quum versus nomina propria non caperet, auctor prosam miscuit cum versibus; cuius licentiae etiam alia in Marmoribus exempla extant.

Nr. 210. Ex Gruteri Thea. p. 607. Br. III. p. 510. nr. 732. An. III. 2. p. 317. Cf. Burmanni Anth. Latin. T. II. p. 197. V. 3. *χελιδονίς*. plures. Vid. Huschk. Anal. crit. p. 6. V. 4. *βαιῆς ἄπο*. *ἐκ τυννῶν* comparat Schaefer. Meletem. p. 70. Simile est *ἐξ ἀπαλῶν ὀνύχων* ap. Automed. in Palat. p. 106. nr. 129. — Nr. 211. Ex Aristide T. II. p. 386. dedi in Paralip. II. nr. 29. p. 777. V. 3. 4.

Hujus distichi verba contraxit rhetor: *δεξας νικᾶτω· δοκῶ δέ, φησιν, ἡμᾶς οὐχὶ τὰ δεύτερά ἔχειν.* — Nr. 212. Ex Stephan. Byz. in *Θεόριτοι*. Schol. Aristoph. ad Nub. 331. Br. III. 263. nr. 533. An. III. 2. p. 166. V. 3. *τῷ γάρ.* Vulgo. *τῶν ἄρ'* emendavit Br. quod praetuli conjecturae Huetii: *τὸν γὰρ ἅπλητον.* — Nr. 213. Ex Athen. L. XI. p. 232. C. dedi in Paralip. II. nr. 30. p. 778. V. 3. Cf. Stanlei. ad Aeschyl. Pers. v. 466.

Nr. 214. Ex Homeri et Hesiodi Certamine p. 16. Br. III. p. 256. nr. 497. An. III. 2. p. 146. V. 2. *ἐκόςμῃσε.* Br. V. 4. *ποινήσε.* nonnullae edit. *ποινήν.* Br. c. melioribus. V. 5. *ἔσθησε.* Br. — Nr. 215. Ex Murator. Thes. p. 958. Br. III. nr. 754. p. 316. An. III. 2. p. 559. V. 2. *ἡτακείσο.* Murat. *κατέχεις.* Br. c. Wesselingio. V. 5. *πραπίδας.* brevis syllaba in caesura. V. 7. *νυμφὴν δὴ . . . οἶγω.* Murat. *ἦν σοι ἐγώ,* correxit Leichius in Nov. Miscell. Lips. T. I. p. 475. In fine versus *ΟΙΩΙ* Murat. *οἶψ' ἐλήμονα.* Br. oratione intricatiore. *οἶ, οἶ.* Leich. Verba sic jungenda: *ἦν νύμφην σοι ἔτρεφον, (ταύτην) Ἀΐδης ἤρπασε νυμφεύσων.* V. 9. *αμαραμοντοσ.* Murat. *ἀλλ' ἄρα μούνοσ.* Wesseling. *ἀλλ' ἄρα μούνη.* Br. *μούνω,* numero duali Boissonad. ad Marini Vit. Procl. p. 82. quod procul dubio verum. Sed in edit. nostra v. 10. vitiose expressum *παρθενικήν* pro *παρθενίην*, quo errore sensus hujus distichi prorsus turbatur: *vos soli pudicitiam servastis.* Icarium poëta puellamque ipsi desponsatam alloquitur. *σώσατε ὦσ.* Murat. quod tuetur vir doctissimus, quem modo laudavimus, *ὡς αἶδον* pro *πρὸς αἶδον* accipiens. *οὔσαθ' ὥσ.* Br. Hiatus sustuleris legens: *σώσατε κῆς* aut *κείς αἶδον.* — Nr. 216. Ex Plutarch. T. II. p. 839. Phot. Bibl. Cod. CCLX. Br. III. 267. nr. 555. An. III. 2. p. 175. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 314.

Nr. 217. Ex Murator. Thes. p. 658. Br. III. p. 314. nr. 754. An. III. 2. p. 351. V. 1. *χειροιν.* Mur. V. 3. lacunam sic explevit Br. *κείνοισιν ὅσων κινεῖτο.* plura corrigens, quam necesse erat. Scr. *κείνοισ περ ὅσων κινεῖτο προσώποις.* — *κινεῖτο.* Mur. V. 6. *κείτε δε ἡρα βεβαρηνοσ.* Gor. et Mur. *κείται δὴ γήρᾳ βεβαρημένος.* Br. V. 7. *εἰχοροσ.* Marm. *ἡῖχόροσ.* Br. — Nr. 218. Ex Gruteri Thes. p. 399. 3. dedi in Paralip. II. nr. 31. p. 778. V. 1. *ΗΜΙΗC.* Marm. *ΙΤΑ-ΑΙΗC.* Casaub. qua correctione nihil nec lenius nec verius. — Minus bene cessit eidem emendandi conatus in proximis: *αρχονταυλοτιστο-αίνιστησαντο.* ubi ille: *ἄρχοντα ἀγάκλυτον ἐστήσαντο.* quod et longius

abest a litterarum vestigiis, et ob hiatum molestum. In *CAOTI-TOAIN* nihil aliud latet, quam quod reposuimus: *ΦΙΛΟΠΤΟΑΙΝ*.

Nr. 219. Ex Sponii Miscell. p. 374. nr. 127. et peculiari editione in duobus foliis facta a Fauris de S. Vincent, in cujus museo illud marmor servatur, retuli in Paralip. II. nr. 32. p. 779. Cf. Chardon de la Rochette *Mélanges* T. I. p. 121. sq. V. 1. Sponius omisit. Lacunas sic explere conatus est Chardon: *Μὴ ταχίνοισι παρέρχεν ἔχνεσι τῖμβον, ὀδίτα.* comparans epigr. in Palat. p. 255. nr. 337. In qua lectione et hiatus offendit, nec rhythmus bonus est. Commode scripseris: *στῆθε παρέρχομενος τόνδ' ἔχνεσι τῖμβον, ὀδίτα.* V. 2. *κοῖρος.* Marm. *κοῦρος* correxi in *Animadversas*. Tom. III. n. p. 113. Post *κοῦρος* dele comma. V. 4. *ε ... οι ... ιν.* Marm. *θεοῖσιν* correxi l. c. V. 5. ductus in Marmore obscuri *και ... ε ... ων, και ... εων, καταπλίων,* et in versus exitu *ιφθην*. Priori harum lectionum accommodatum id, quod in textu posui: *πλωτῆρ καὶ αὐτὸς εἰών.* idque sensus videbatur postulare. Chardonus corregebat: *πλωτῆρ καὶ πολλίων πόντον γ' ἐνὶ κύμασιν ἦσθην.* Villoisonus: *πλωτῆρ καὶ τὸ πλίον πόντον γ' ἐνὶ κύμασιν ἔσθην.* aut *πλωτῆρ κάρτα εἰών.* jejune admodum; altera correctio etiam ob hiatum damnanda. Ultimas in versu syllabas *KTMACINIΦΘΗΝ* mutavi in *KTMACI NACΘΗΝ.* in undis habitabat, ut saepius de nautis et piscatoribus. Verbum est ap. Homer. *Ἠ. Ε. 119. πατὴρ δ' ἐμὸς Ἀργεῖ νείσθη.* Apollon. Rhod. III. 1180, *Ἀρητιάδι κρήνη ἐπίουρον ἰόντα, ἔνθα καὶ ἐννέσθη.* V. 6. *τε ... ε ... νλαχων ... οδς σημα ... πανμαι.* Marm. *τριψίων δε λαχων.* Spon. Dedi correctionem Chardonii. V. 9. *εν δε τεθνε ... εν ομηγνυε ...* Marm. *ἐν δὴ τεθνεύουσιν ὀμηγύρετε γε πέλουσιν.* Chard. Viscontius malebat, *ἐν δ' αὖ τεθν.* V. 12. *εὐτελεα* in Marmore esse videtur. *εἰς εἶμι.* Chard. In eundem modum hos versus emendaveram in *Animadversas*. T. II. 2. p. 307.

Nr. 220. Ex Pausan. L. V. 20. p. 428. Br. III. 189. nr. 192. An. III. 1. p. 400. V. 1. *στῦλος ... ἐνοῦσα.* Vulg. *στῦλις ... ἐνοῦσα* corrigit Dorvill. ad Charit. p. 74. Vitium fortasse non est in *στῦλος*, sed in epigrammatis initio. Legendum enim videtur: *καὶ γὰρ ἐγὼ κίων εἶμ', ὃ ξίνα.* quod *κειων* in Cod. scriptum, facile in *κείων* depravari potuit. Verba sic junge: *καὶ ἐγὼ εἶμι λείφανον οἰκων ἢ κίων, ἢ πρὶν ποτε ἐνοῦσα στῦλος ἐν Οἰνομάου δόμοις.* pro *δόμων*. V. 4. *δέξατο.* Vulg. *δαίσατο.* Br. cum Sylburgio. — Nr. 221. Ex

Gruteri Thes. p. 328. Br. III. 307. nr. 720. An. III. 2. p. 298. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 150. V. 2. *μινυνθαδιον*. nonnulli. *μινυνθαδιην*. Br. V. 3. *ὅς .. πείσας*. Marm. *ὡς .. πείσας*. Br. c. Dorvill. Illud revocavi. Eutyches chorostata summa cantus pollens suavitate, ita ut vel animas avolaturas revocaret, suam tamen miser animam revocare non potuit. V. 4. *αὐτοῦ*. Br. *αὐτοῦ* scripsi sensu postulante. *μελεος*. Marm. *μελέεος*. Br. c. Dorvill. praeterea idem malebat *τὴν αὐτῶν* scribi. Nihil horum necessarium. In *μέλεος* ultima in caesura producta, ut in tot aliis sequioris aevi locis. Cf. Friedem. de Med. Syll. Pent. p. 320.

Nr. 222. Ex Agath. Histor. L. II. p. 54. Br. III. 188. nr. 188. An. III. 1. p. 397. V. 5. *συγγενὲς οἱ τοῦτο*. Haec lectio ob plures causas ferri non potest; nec magis conjectura Vulcanii: *συγγενὲς τοῦθ' οἱ βρέτας*. Saltem scribendum erat: *ἀνθ' ὧν συγγενὲς τὸδε οἱ βρέτας*. Sed Hermannus ad Orph. p. 786. monuit, fieri non potuisse, ut privati homines (Chaeremonis cognati) statuum illi ponendam decernerent, sibi arrogantes, quod civitatis esset. Quare corrigendum consensit: *ἀνθ' ὧν σύγγνω (συνέγνω) οἱ τοῦτο βρέτας*. — Nr. 223. Ex Gruteri Thes. p. 163. Br. III. 285. nr. 632. An. III. 2. p. 218. Cf. Burmann. ad Anth. Latin. T. I. p. 244. V. 2. *ἐνδίδωσι*. memorabilis systole pro *ἐνδιδῶσι*. Facile hoc evitasset auctor, si scripsisset: *ὡς θάμις ἐστί, διδοῖ*; quae forma Hesiod. utitur *Ἐ. καὶ Ἡ. 281.* et alii. V. 3. *τῷ γὰρ*. Vulgo. *τῷ γ' ἄρ*. Br. c. Casaub. Scripsi, quod sensus postulat: *τῷ γ' ἂν καὶ ζωὴν. et vitam ei concessissem*. V. 4. *σπινθηροῖς*. Marm. V. 5. *καιοματος σκατ*. Marm. *καὶ σώματος ἔσχατ'*. Br. cum Casaub. V. 6. *γέφυραν*. Notanda mediae in hac voce correptio contra poetarum usum. *εἴσατο*. Br. *στήσατο*. Fleetwood. — Nr. 224. Ex Reinesii Syntagm. p. 610. Br. III. 276. nr. 592. An. III. 2. p. 195.

Nr. 225. Maffei in Museo Veronensi p. 317. Br. III. 302. nr. 703. An. III. 2. p. 277. V. 1. *εμον ... ερο ... ρον οἱ παρ*. Maff. Lacunam sic explevit editor: *στυγερόν μόνον*. Brunkius autem: *γοαρόν μόνον*. V. 2. *εμησ ... ρον*. Marm. *μικρόν* scripsi cum editore; *ὀλίγον* dedit Br. V. 6. *ἦσε .. οἰνοχαρῆς προσθεμένων*. Marm. quod Maffeus infelicititer tentavit. Dedi lectionem Br. qui valde probabiliter scripsit, *πρόσθεν ἐμῶν θαλάσρων*. Certe *μένων* alienum. — Nr. 226. Ex Pausan. L. V. 23. p. 438. Br. III. 177. nr. 136. An. III. 1. p. 367. V. 2. *βιασόμενοι*. Vulg. *βιασόμενοι*. Br. et Codd. Facii. Cf. supra

nr. 186. v. 2. V. 3. καὶ μετρεῖτ'. Vulgo. καὶ μέτρα ποιεῖτην. Br. c. Kuhnio. Idem Τελευτάς correxit pro τελετάς.

Nr. 227. Ex Pausan. L. VI. 10. p. 476. Br. III. 187. nr. 140. An. III. 1. p. 368. V. 1. Κλεισοθένης. amphibrachys pro dactylo, ut nr. 241. v. 4. Κλειμβρότον. ubi tamen Codd. metro succurrentes Κλειμβρότον exhibent. — Nr. 228. Ex Sponii Miscell. pag. 376. Br. II. 491. nr. 2. An. II. 3. p. 370. V. 2. κλειφορῶν esse videtur in Marmore. Κλειφορόφ. Br. c. Gorio. τριετιον ἀφαιλετο μοῖρα κρατερη. Marm. τριετή ὃν ἀφ. μ. κραταιή corr. Fabr. et Dorvill. ad Charit. p. 262. Probabilis correctio. Sed in prima voce rectius scribes: Κλειφορόφ τριετῖ ὃν ἀφ. Sic etiam emendavit Porson. in Advers. p. 275. ed. Lips. — Nr. 229. Ex Maffei Museo Veron. p. 61. Br. III. 305. nr. 710. An. III. 2. p. 286. V. 2. ἡρπασα φωνῷ. Marm. Verissime Br. ἡρπασ' ἄφνω. Saepe Σ in marmoribus sic scribitur, ut, infima lineola forte extrita, Γ easc videatur. Vid. ad nr. 236.

Nr. 230. Ex Museo Veronensi pag. 63. Br. III. 174. nr. 122. An. III. 1. p. 359. V. 2. Ἀσθμονεύς. Marm. Ἀθμονεύς corr. Scaliger. Vid. Interpp. Harpocr. V. Ἀθμονεύς. Poenitet me hoc non statim in textu posuisse. — Nr. 231. Ex Pausan. L. VIII. 5. pag. 607. Br. III. 186. nr. 180. An. III. 1. p. 392. — Nr. 232. Ex Gruteri Thes. p. 802. Br. III. 510. nr. 730. An. III. 2. p. 316. V. 1. κῆτε. Marm. ut nr. 217. vers. 6. — Nr. 233. Ex Sponii Miscell. p. 357. Br. III. 510. nr. 729. An. III. 2. p. 314. s. V. 2. κορησ. Spon. κορη. Fabr. Br. οῖσα στεων. Marm. Hoc loco, ut in plurimis aliis, lapidarii elisionem neglexerunt. V. 3. 4. exhibui sic, ut in Marmore leguntur, verba numeris destituta, ut passim in epitaphiis, quorum auctores interdum, ut hodie quoque, specie quadam numerorum contenti erant. Frustra Br. haec in versus digerere conatus est: αὐτὸς δ' γεννήσας καὶ κηδεύσας ἐπέγραψεν Ἀχθος ἔχων κραδίη. V. 4. κραδῖς in marmore esse videtur.

Nr. 234. Edidit Villos. in Prolegg. ad Homer. p. LV. Viscont. in Museo Pio-Clement. T. IV. p. 43. Repetivi et illustrare studui in Paralip. II. 35. p. 785. V. 5. πανσιόους. vox Lexicis addenda. Simile est πανσίλπος in Fragm. Sophocl. ex Naupl. in Schol. Pind. Isthm. VI. 10. Ζεῦ πανσίλπε καὶ Διὸς σωτηρίου Σπονδὴ τρίτου κρατήρος. quem locum respexit Schol. ad Platon. p. 36. ed. Siebenk. ubi editor verba, ἐμικρῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς κρατῆρες τρεῖς. perperam

pro Sophoclis versu habuit. — Nr. 235. Ex Gruteri Thes. p. 1130. Br. III. p. 316. nr. 753. An. III. 2. p. 539. V. 2. *πικρονεπαγειμῆ*. Grut. *πικρὸν ἐπ' Ἀγασίας*. Br. cum Ruhnken. Ep. crit. p. 133. *Ma-*
jore molimine Bentlej. in Not. ad Callim. H. in Lav. Pallad. v. 150.
μή σοι μὲν πικρὸν ἐπ' Ἀγασίᾳ Περσεφόνῃ τε κόρη. V. 3. *αμα.*
Grut. et alii. *ἀλλὰ* Br. c. Benti. ut statim nr. 236. v. 2. In corrupto
loco Philostrati Imagg. II. 23. p. 847. *μάχεσθε, ὧ γενναῖοι, τὸν Ἡρα-*
κλέα, καὶ προβάτε· ἀλλ' οὐ τοῦ λοιποῦ γε παιδὸς ἀπόσχοιτο, δυοῖν
ἤδη κειμένοιν. sensum restitues scribens: *ἀνέχεσθε, ὧ γενναῖοι, τὸν*
Ἡρ., καὶ προβάτε ἄμα, εἰ τοῦ λοιποῦ γε π. ἀ. sustinctor Herculem,
et omnes simul in eum irruite, si reliquo saltem puero parcat.

Nr. 236. Ex Muratori Thes. pag. 1521. Br. III. 299. nr. 693.
An. III. 2. p. 264. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 39. V. 2. *αμαεταθεισ.*
Murat. V. 3. *εστιεν.* Ibid. V. 4. *κίων* abundat, auctorisne an qua-
dratarii culpa, ignoro. V. 6. *τεφρασεγοναμεν.* Murat. ubi iterum
I' et Z confusa. Vid. ad nr. 229. *τέφρα τε γεγόναμεν.* Br. c. Dorvill.
V. 7. *ειρηκαιοιορθωσ υπαγεο δοιγορεμη και τεθνακωρ αδελσεχοσ*
σοιφανω. Murat. quae sic, ut in textu posui, emendavit Dorvillius.
Hiatus fortasse tollendus inserto *νῦν*, *ὑπαγε νῦν, ὁδοιπόρε.* V. 8.
 σωρὺς signif. transl. 539. 604
 Σωούλος. 556
 σωφροσύνη et συμφροσύνη conf.
 768
 σῶω. 106
 Singularis et pluralis juncti. 488
 Sosipater poetis epigrammariis
 eximendus. 64
 Spiritus lenis pro aspero in ὀλ-
 κάς, ὀδοιπορία. 19. ἐλίσσειν. 24.
 ἄμμα. 33. εἴλετο. 59
 Subjectum orationis ex praecedente
 casu obliquo assumendum. 362
 Superlativus cum ἄγαν, λίαν, πά-
 νυ. 102
 Syllabae longae perperam corre-
 ptae in μιαναι, διακριναι. 36.
 (Vid. *Corruptiones*.) in nomi-
 nibus propriis ob versus com-
 moditatem correptae. 396. Vid.
Brevis.
 Syllabae a librariis perperam in-
 sertae. 31. 81. 508
 τ et σ conf. 69. 313
 τ et ψ conf. 586
 ται et τε conf. 37. 215
 τάλαντα Τύχης, Διός. 945
 τάλας, posteriore correpta. 547
 τᾶμπαλι et τοῦμπαλι. 661. 743.
 748
 ταναός. 149
 τανυήκης et τανυμήκης. 161
 ταῖρος et γαῖρος conf. 56. ταύ-
 ρον τύμπανα. A. XLV.
 τάχα. 116. et γὰρ conf. 350. et
 καλά. 881
 τάχος et τίλω conf. 64. 380. s.

- τε, post plura vocabula. 391
 τεγγόμενος et τικτόμενος conf. 559
 τέγος πάνδημον, *lupanar*. 717
 τεθρήμερος. 83b
 τεῖν. 124
 τεῖναι παρειάν. 719
 τεκίων et λεχίων conf. 857
 τεκνών. τεκνοῖ pro ἐτέκνωσε. 237
 τέκος et τόκος conf. 21
 τελέθουσα et τελέουσα conf. 14
 τέλειοι Dii. 183. τέλειος et λείος
 conf. 284
 Τελεσικλής. 808
 τελέουσα et τελέθουσα conf. 14
 τέλλειν pro ἀνατέλλεσθαι. 966
 τέλος et τάχος conf. 64. 380. s.
 τέλσα et τίρμα. 159
 τέμνειν, *insculpere*. 325
 τέναγος. 903
 τένδιν. 567
 τένων et τίνοντες, de regionibus.
 47
 τέρματα φιλήs. 772
 τερμέριος. 665
 Τέρπης. 577
 τερπνότερος et στινότερος. 615
 τέρπομαι, sequente participio. 262
 τέρως. 899
 τετανοί βοτρύεις. 512
 τετράπιδος et τετράποδος. 679
 τεύχειν, *parare*. 349
 τεῦχος, *volumen*. 13
 τέχνα et τεχνίτης, prima correpta.
 872
 τεχνίτης et τεχνίτις. 672
 τῇ c. accusativo. 498. τῇ ut bar-
 barum damnatur. A. LXXXIII.
 τῇδε, *ibi*. 87
 τηλεσκόπος et τηλέσκοπος. 25. 184
 τηλόδι. 626
 τημος ὅτε. 420
 τηνεί. 870
 Τηνία Erinna. 400
 τηρήνemos. 146
 Τίβιος, nomen servile. A. LXXXIX.
 τίθημι. θείης et δόιης conf. 188
 τικτόμενος et τεγγόμενος conf. 559
 τιν et τήν conf. 212
 τίνω, priore correpta. 823
 τίπτε. 447
 τίς pro ὅστις, ἥτις. 88. 740. sub-
 auditur. 280. τίς ἕκαστος. 290
 τίς cum optativo etiam sine ἄν,
 109. 288. τίς πόθεν εἶς; 75. τί
 γάρ; orationi interpositum. 57.
 671. τί μέγ' εἰ 678. τί πάθω;
 675. τί τοι πλεόν, et τί τὸ πλεόν;
 563. τί excidit post ἐστί. 737.
 τίνος et πρὸς conf. 325
 τιτθός, de puerorum μαστῶ. 755
 τιτρώσκω. τετρωμένος, βεβλαμμέ-
 νος. 170. ἔτρωσε et ἔστρωσε conf.
 855
 Τιτθός et τοῖς conf. 39
 Τιμῶλος et Τίμωνος. A. XLIV.
 τὸ δὲ et τοῦτο δὲ non semper se-
 quitur post τὸ μὲν et τοῦτο μὲν.
 358
 τόθι pro οὗ. 565
 τοῖνιν raro ponitur initio. 681
 τοκογλύφος. 598
 τόκος et τέκος conf. 21. et κόπος.
 129
 τονθρύζειν et τονθορύζειν. 624
 τοξενεῖν ἔπη, ὕμνους. 316
 τοξοφορεῖν. 769
 τορῶν et χορῶν conf. 42
 τοσοῦτο pro τοῦτο. 87
 τουσακίς pro τρισσακίς. 380
 τοσσάτιος de numero et modo. 141
 τότε, olim. 559. conf. cum ποτέ.
 Ibid.
 τοῦ μὴ, sequente infinitivo. 47
 τοῦμπαλι et τὰμπαλι. 661
 τοῦνεκα interrogativum. 873
 τόφρα pro ὄφρα. 507. 790. s.
 τραγινός et τραγικός, *hircinus*. 594
 τραγός in numis Paris. 911
 τρανῶς, τρανότερον κηρύσσειν, μη-
 νίειν τι. 524
 τραῦμα et πνεῦμα conf. 96. et
 γράμμα. 760
 τρέπω, τρέφω, στρέφω, τρέβω
 conf. 476. s. τρέπομαι et δρέ-
 πομαι. 759
 τρέφω et στρέφω conf. 476. s.
 τρέφειν et τρυφή conf. 68
 τρέω. ὅτα τετρημένα. 46
 τρητός et τρισσός. 163
 τρηχάλιος et τριχθάδιος. 109
 τριάκοντα, antepenultima corre-
 pta. 617. 705. 806. declinabile.
 665. 794
 τρέβω. τρέψαι et δρέψαι. 62
 τριεσπερος Hercules. 827. s.
 τριέτης et τριετής. 251. 253
 τρίζειν et τρέζειν. 714. (V. Ha-
 maker Lectt. Philostr. p. 26. s.)
 τρινακίη et τρινακρή. 226
 τριόδους et τρίαινα. 691

τέρας. 36. (cf. Il. γ. 164. Nonn. Dion. XIII. p. 358. 21. καὶ τρίπος αὐτοβόητος. Etym. M. in ἀελλόπος p. 18. ed. Lips. Sic τετράπος ap. Arat. Phaen. v. 214. ubi Cod. Vind. τετράπους.)

τρίεμφωτος. 11

τρίεμακαρ, τριεμακάριος, τριεμακαρίτης. 742

τρισάκις et τοσαύκις conf. 380

τρισσός et τρητός. 163

τρίστοιχος. 614. s. (Oppian. Hal. V. 326. δεινοῖς χουλιόδοντας...

τρίστοιχὲι περυνώτας.)

τριχθάδιος et τρηχαλῆος. 109

τρίχινος et τρύχινος conf. 57

τρώπος et ἀτραπός conf. 568

τρυγικός χορός. 317

τρυῖζειν et τρίζειν. 714

τρύγη et τρέφειν conf. 68

τρήχη περὶ ποσσὶ. 57

τρήχινος et τρίχινος conf. 57

τρήχος et τρήχος. 149

τρώω. τετρωμμένος et τετριμμένος conf. 179. τετρωμένος. 297. et

τετριμμένος conf. 608. s.

τελόκοπος φαργανίς. 204

τύλος, priore ancipite. 204

τύμπανον. an etiam ὁ τύμπανος? 176

Τύμβολος et Τυμβολος. A. XLIV.

Τύννιχος et Τύννιχος. 472

τύπος, de parte virili. 605. 940

τύπτω. τυπηθεῖς. 483

Τύρινθα et Τύρινθα. 969

τεφλά κίματα. 314

τύφω. τύφισθαι, de amoris aestu. 79. θυμμεθα, θυμμένος. Ibid.

τυφόμενος et φεύόμενος conf. 756

ταύλιον et ταύλιον. 163

Theocritus Chius et Syracusanus. 560

Terminatio accusativi εἰα pro ἡ in

versus exitu. 221. ας acc. plur.

primae decl. correpta. 53. 196.

606. 730. ας in nominibus pro-

priis correptum. 7. 404. 833. ιως

et ιδων genitivi. 352. ουν accu-

sativus nominum in ω. 100

Terminationes αω et ατω. cf. 14.

595. δεω et δαω conf. 754. εαι

et εται. 167. 609. 711. 745. εο

et ετο. 338. 363. εται et εοθαι.

526. ιτης et ιτις. 166. s. 521.

Tmolus mons ἀνθεμόσις et ἡνεμόσις. 611

Venus armata. 531

Verbum singularis numeri cum

ἡμέτερος et ὑμέτερος. 627. plu-

ralis numeri cum substantivis

plural. neutrius generis. 97. ver-

ba eundi cum eis composita in-

terdum adiscunt dativum. 138.

s. verba lugendi cum dativo. 121

Versus in prosa oratione. 88

Victoria sine alia. 612

Virtus, vitium pro laude virtu-

tis, crimine vitii. 973

Vocalis brevis ante ξ. 89. s. ante

ξ. 624. vocales longae a Gregorio

perperam correptae. 416

Vocativus et Nominativus juncti.

167. 286

υ et οι conf. 197

υα accusativus substantivorum in

υς pro υν. 502

υι pro υι, in νέμει, οἰζυῖ, πλη-

θυῖ, νηδυῖ. 477

ὑδροβατεῖν. 621

ύλανόμος et ύλονόμος. 217

ύλη. composita ex ύλη et ύλη. 148

ύλιβάτης et ύλοβάτης. 499

ύλονόμος. 163

ύμέτερος pro σός. 119. 627

ύμνοδέτης, adjective. 42

ύμνος et ύπνος conf. 652

ύνις et ύννις. 147. 254. 284

ύπαι et ύπέκ conf. 875

ύπαρπάμενος et ύφαρπάμενος. 608

ύπαρχος et ύπαρχος. 618. 633

ύπέκ et ύπαι conf. 875

ύπέκ et ύπέρ conf. 486. 527

ύπεκπροχέει et ύποάχει conf. A.

LXX.

ύπένερθε et ύπερθε conf. 322. 588

ύπέρ et ύπέκ conf. 486. 527. 692.

ύπέρ ώμου et ώμων. 738. (Cal-

limach. H. in Dian. v. 59. ζαι-

στήρας άειράμενοι ύπέρ ώμων.)

ύπερευτυχία. 63

ύπερθε et ύπένερθε conf. 322. 588

ἐπῆκοος et ἐπίκοος. 461
 ἔπνος et ἔμνος conf. 652. ἔπνος
 priore correpta. 261
 ὑπό, *sub*, cum genitivo. 27. cum
 dativo. 48. cum accusativo pro
 dativo. 24. post verba motus.
 271. s. abundans ante dativum. 68
 ὑπόβραχν. 662
 ὑποθάλπεισθαι et ὑπολάμπεσθαι
 conf. 748. 751
 ὑπολάμπεσθαι et ὑποθάλπεισθαι
 conf. 748. 751
 ὑποπρογίειν. 529
 ὑποστέλλειν et ἐπιστέλλειν. 27
 ὑπωρόφιος, *ia*. 153. 323. et ὑπορ-
 ρόφιος. 123
 ὑς terminatio ambiguae quantita-
 tis. 692
 ὕς et μὲς conf. 547
 ὕσι terminatio dativi. *A*. LXV.
 ὕσπληγξ; ὕσπληγος et ὕσπληγος.
 187. 674. 594
 ὕστερόνους et ὕστερόνους conf. 780
 ὕσαινω, prima producta. 189. 659.
 832
 ὑψίημι et ἐψίημι conf. 637
 ὕψλος et ψίλος conf. 285
 ὑψίλοφος, *altus*. 84
 ὑψός αἶρειν. 542. s.
 Hysteron proteron in τίνος, ἢ τίς
 ὦν. 364
 ῥ et ῑ conf. 128. 318. 658
 ραιδρύνειν. 9
 ραικάς. 186
 ραίνεται et γίνεται conf. 75. ραί-
 νεται orationi interpositum. 710
 ράλης pro ραλλός. 565
 ραντασία. apparatus. 57
 ράος et χάος conf. 825
 ραρμάκια. 711
 ραρός, *vestis*, priore ancipite. 281.
 s. (vid. *Gelhard*. *Lectt.* *Apoll.*
 p. 43. s.)
 ράρνγξ, ράρνγος et φάρνγος. 359
 ραττῶν et φωτῶν conf. 467
 Ραῦλλος. 949
 ρεῖδεσθαι et κηδεσθαι conf. 116.
curare. *Ib*.
 ρεῖδω βίου. 348
 ρέρβειν et φέρειν conf. 668
 ρερεαυγῆς et ρερείκος. 610
 ρερενῆς et ρερίνας conf. 544

φέρω. πρώτα φέρειν et φέρεσθαι.
 431. 890. 906. χεῖρα, pro προς-
 φέρειν. 415. sequente participio.
 428. φέρειν et φέρβειν conf. 668.
 φέρομαι et θέρομαι conf. 743.
 s. φερόμενον et φερόμενον. *A*.
 LXXVI.
 φεύγειν et φλίζειν conf. 53. (Cf.
Aristoph. *Thesm.* 1050.)
 φηλητής et φηλητής. 801
 φθάνω. 184
 φθέγγομαι παλάμαις. 580
 φθέγμα et φλέγμα, φθέγγεσθαι et
 φλέγεσθαι conf. 235. φθέγμα-
 τα et φλέγματα. 307
 φθίνω. φθίσεσθαι, φθίσθαι, φθί-
 σθαι. 218. 275
 φθίσις et φθίσις conf. 647
 φθόνος, de malo daemone. 430
 Φίλα. 193
 φιλάκρητος. 44
 — φίλας, composita. 552
 φιλέρυστος. 771
 φιλεράστρια. 641
 φίλη, n. pr. 969
 φίλημα et θίγημα conf. 777
 φιλητής, φιλητής et φηλητής. 122.
 (Cf. *Gaisford*. *Poet. Graeci Min.*
 T. I. p. 30. s.)
 φίλινα. 564. s.
 Φιλιτᾶς et Φιλητᾶς. 172. (Vid.
Schneider. ad *Schol. Nicandri*
Ther. I. p. 176.)
 φιλομειδῆς et φιλομειδῆς. 860
 φιλορῥάξ et φιλορῥώξ. 220
 φίλος. φίλος et φίλος. 55. φίλην
 et φλὴν conf. 757
 φλέγμα et φθέγμα, φλέγεσθαι et
 φθέγγεσθαι conf. 233. φλέγμα-
 τα et φθέγματα. 307
 φλέγειν τινα, *ardere aliquem*. 120.
 φλέγειν et φεύγειν. 53. et βρέ-
 χειν conf. 658
 φλὴν et φίλην conf. 757
 φλόγος et φλογρός. 569
 φλοιοφίλος. 200
 φοινῶς et φόνιος. 136. (φοινά δά-
 κη *Nicander Ther.* 146. unde
Etymol. M. p. 723. 33. ed. *Lips.*
emendavit Gaisford. in *Poet.*
Minor. T. I. p. 114.)
 φορβεῖα et φόρμυγα conf. 838
 φορην. φρίνας et φερνῆς conf. 544
 φρικαλή θυσία. *missa*. 435. (*San-*
cta coena φρικωδεστάτη τελετή

ap. Jo. Chrysost. T. VI. p. 16.
 Alia loca, ubi est φοβερά καὶ
 φοικώδης θυσία, vid. ap. Suicer.
 Thes. Eccl. Tom. I. p. 1422.
 Hinc etiam φοικτὸν ποτήριον,
 quod in S. Coena porrigitur,
 ap. Theophyl. in I. Corinth. XI.
 25. et φοικτὴ aut φοικώδης
 τραπέζα ap. Jo. Chrys. Homil.
 XXI. Tom. V. p. 129. LXXII.
 Tom. V. p. 518. φοίττειν de
 sacro horrore illustravit Wytten-
 bach. ad Plutarch. Tom. XI.
 p. 250. Cf. Astius ad Platon.
 Phaedr. p. 319. s.)
 φριμάσσεσθαι et φριμάσσεσθαι
 conf. 518
 φριμάσσεσθαι et φριμάσσεσθαι. 518
 φυλλοστρώτις. 536
 φυράω et πυργώω conf. 414
 φύρδαν. 639
 φύρω. πεφυρμένος δάκρυσι. 52.
 φερόμενον et φερόμενον. A.
 LXXVI.
 φύνει, cum dativo. 919. φνόμενος
 et τυφόμενος conf. 756
 φύσις, periphrasim facit. 14. 715.
 φύσις et φύσις conf. 647
 φυτον οὐράνιον, homo. 645
 φῶτες, pro ἄνθρωποι. 110. φω-
 τῶν et φαττῶν conf. 467
 Fratres pii. 40
 Futurum in ἰαω et ἱεω. 739. fu-
 turum medii pro passivo. 721.
 cum praesenti junctum. 105.
 264. 777. in adhortationibus. 669.
 futurum indicativi post con-
 junctivum adhortativum. 111.
 post εἰ cum optativo. 102
 χαίρω. χηραμένη. 66. ἐχήρατο.
 262
 χάλαζα, signific. transl. 316
 χαλᾶν, signif. neutra. 877
 χαλεπός et χυροπός conf. 84
 χαλέπτειν c. accusat. 113
 χαλινός, quodvis retinaculum. 555
 χαλκίλατος et χαλκήλατος. 102
 —χανδης. 157
 χανδοποτεῖν. 271
 χανδὴ κύλιξ. 959
 χάος et φάος conf. 825
 χαράσσειν, pingere. 728. γενειάδα,
 de lanugine. 880

Tom. IV.

Χαρίλας et Χαρίδας conf. A.
 LIX.
 χαροπός, ἡ, ὄν. 324. cum χαλεπός
 conf. 84
 Χάρων et δράκων conf. 834. de
 hominibus. 659. in compositione.
 Ib. Χάρων. 304
 χειλοποτεῖν et χανδοποτεῖν. 271
 χεῖμα et κύμα conf. 768
 χεῖρες, opera artificum. 871. χερσὶ
 et χεῖρесси conf. 13. χεῖρας et
 γῆρας conf. 115. et δεῖρας. 848.
 χερσῶν et κερσῶν. 486. et χορῶν.
 558. s. 589
 χελιδόνις. 266
 χελιδών. χελιδόν. A. LXVII.
 χεῦμα, de mari. 313. 853
 χέω. χέειν et ἔχειν conf. 652
 χήν, χηνός et χενός. 361
 χθών. χθόν. 283
 Χίος et Χίος. 93. 353. 696. A.
 LIX.
 χλαμύς ἱερά, a pueris gestata. 748.
 (vid. Wyttenbach. ad Plutarch.
 T. XI. p. 307.) χλαμύς et χλα-
 νίς conf. 748. 910
 χλάνις et χλαμύς conf. 748. 910
 χλωρόν ὕδωρ. 615
 χόλος et κόλος conf. 716
 χορεύειν, vi transitiva. 225. c.
 δοκείν conf. 267
 χορός, signif. transl. 904. χορῶν
 et χερῶν conf. 558. s. 589. et
 τορῶν. 42
 χόω. χῶσαι σήματι, τάφω. 368
 χρεμέδω, χρεμετώω, χρεμετίζω.
 523
 χοῦ. ἐχρῆν et ἦν conf. 364
 χρεῖσθαι, c. genit. et dativo. 599
 χρίσματα et χρώματα conf. 55
 χρονέσκεν et κορέσκεν conf. 69
 χρόνος et ῥόος conf. 882. χρόνον,
 diu. 627
 χρύσεος, prima correpta. 197. s.
 274
 χρυσοῦς, χρυσοῖ, νάμι aurei. 58.
 779
 χρυσίον, vox blandientium. 696
 χρυσωπός. A. XXXV.
 χρυσωτός. 914
 χρώματα et χρίσματα conf. 55.
 A. XXXIII.

ψ cum τ, φ, χ, π, conf. 166.
 586

67

ψακᾶς et ψεκᾶς conf. 77. 260.
331

ψαλῖς. 205

ψάμαθος νεκύνων. 727

ψεκᾶς et ψακᾶς conf. 260. 331

ψήχειν et ψύχειν. 715

ψιλός ἵππος, pro γυμνός. 789. c.

ὑψηλός conf. 285

ψίχας et ψυχᾶς conf. 528

ψίω. 525

ψυχαπάτης. 748. s.

ψυχᾶς et ἡχᾶς conf. 22

ψύχειν et ψήχειν. 715. ψύχσθαι,
refrigerari. 176. (*Hesych.* ἀνα-
ψυχῆναι, ἀναπαύσασθαι.)

ω correptum ante consonantem.

40. 938. 965. in ὦν, ἤρωε,

ἡρωϊκός. 829. 961

ω et ω̃. 79. onissum. 178. 750

ω et ω̃ conf. 86. 329

ωδέ πως. 46

ωι et ος conf. 289

ωιμαδὸν λαβεῖν. 378

ωμογέρων et ἡμιγέρων. 113

ων, terminatio vocabulorum lo-
cum significantium, νεκρῶν, ἀν-
δρῶν. 372. (Adde βῶν et ἰππῶν
ex Bekkeri Anecd. Tom. I.
p. 29, 32. Vid. inprimis Bast
ad Gregor. Cor. p. 224. s. not.)

ων pro οὖν etiam apud Dorienses
obvium. 387

ωνθρωπε. 340. 382

ωϊόν. 8. 723. s.

ωρη ἐρα. A. LXXV.

ωριος γάμον. 258. ωριος et ἄριος
conf. 769

ως cum positivo. 45. ως ὅτι. 403.

ως et ἡς conf. 156. ὡδ. 157.

et δοῦς. 607

Indici Epigrammatum

insere haec:

ἀζομένη κούρη. A. XCV.

βαῖον ἐμὲ νυμφαῖς. A. XCVI.

ἔπταξαν βασιλῆες. A. XCVIII.

ἔστως διατάζει. A. XCIX.

ἡ μάλα πρωτομάχα. A. C.

κήρυκι ἀθανάτων. A. C.

κρύπτω τῷδε. A. C.

μνήμ' ἰδέ. A. CI.

πατρὶς ἐμοὶ Ζήνωνι. A. CIII.

στήλη μαρμαρέη. A. CIII.

τεμόθεος ὁ πάτρας. A. CIV.

APOGRAPHI GOTHANI

QUEMADMODUM ID EXPRESSUM HABEMUS

IN EDITIONIS HUIUS TAM TEXTU QUAM COMM.

USQUE AD SECTIONEM DECIMAM QUARTAM

CUM IPSO CODICE PALATINO

DILIGENTER NUNC ITERUM COLLATI

ACCURATA CORRECTIO

EDIDIT

ADIECTIS PASSIM OBSERVATIONIBUS SUIS

PALAEOGRAPHICE CRITICIS

ANT. IAC. PAULSSEN D.

FAUTORI SUO OPTIMO
FRIDERICO WILKEN
V I R O

SICUT INGENIO ATQUE DOCTRINA
ITA HUMANITATE AC MORIBUS PRAECELLENTI

OB INSIGNEM ADVERSUS SE LIBERALITATEM AC BENIVOLENTIAM

GRATI ANIMI SIGNIFICANDI CAUSA

HAS TENUES PALAEOGRAPHICI STUDII PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Prooemium.

Quaerenti mihi saepenumero, quid tandem causae esset, cur hominum genus industria longe acerrimum et subtilissimum, quod, paene dicam, ipsas litterarum atomos, si fieri possit, rimari conetur, verbo, cur philologi aut nihil plane uterentur, aut admodum parce duntaxat iis libris, quos ut fontes omnis doctrinae solidioris fere unicos atque purissimos adire debebant quam frequentissime: hoc inquam saepius mecum reputanti duae potissimum occurrerunt causae, quae plerosque viderentur, quominus debita illos cura et assiduitate versarent, inprimis prohibere. Namque permultis, si maxime velint, per extremam fortunae iniquitatem thesauros istos adeundi potestas non est facta, quoniam, qui possident eos, custodiunt, uti par est, auro gemmisque vigilantius; propterea quod, si ulla ejusmodi caro et raro libro macula adspargatur, aut si aliud quodpiam inferatur damnum, perinde est ac sublatus sit e corona regia pretiosissimus lapis; unde enim, quod sit dispendium factum, resarcias, nusquam temere reperitur. Haec igitur ratio multis haud dubie satis magnae et gravi est excusationi; at quam alteram rei causam subesse observavi, ea profecto non minus justam nonnullorum in se vituperationem habet. Sunt enim nimirum, qui ubi lectionem

quandam vulgatam sensui non satis convenire ad-
 verterint, spretis, quae praesto erant, membranarum,
 de scripti illius incolumitate non melius se putent
 mereri posse, quam si probabili aliqua conjectura,
 quam inaniter vulgo certae et ingeniosae emen-
 dationis nomine venditant, afflictum orationis sen-
 sum non tam persanasse, quam aliquo saltem modo
 allevasse videantur. Qua in re, quod factu est
 sane stultissimum, litterarum similitudinis vel nul-
 lam omnino, vel certe perexiguam rationem habere
 consueverunt. Quos qui approbant collaudantque
 — divinum scilicet quiddam et summa admiratione
 dignum putatur, posse, quod eximius aliquis scri-
 ptor senserit, id, quolibet adjumento extraneo re-
 moto, ex suo funditus concinente animo odorari,
 quin ipsum etiam, quo usus sit, verbum invenire —
 haud tolerabilius mihi desipere videntur, ac si pin-
 gendi quidam artifex, cui, ut pulcherrimae virginis
 simulacrum sisteret, demandatum sit, mallet,
 qua ista forma ac specie esset, ex parentibus aut
 propinquis accipere, quam nudae ipsius staturam
 ac vultum intueri. Eum enim videre velim, qui,
 quamvis perspiciat, quid sim dicturus, in summa
 linguae ubertate ac copia, et praesertim in oratione
 pedibus liberrima, quod quovis loco oporteat ver-
 bum ponere, cum aliqua saltem veri suspicione
 praestituere mihi possit. Quo nomine non possum
 quin duum virorum praeclarissima studia praedi-
 cem, si modo praedicare id est, rem non assequi,
 sed comminuere dicendo, Jacobsii scilicet atque
 Passovii; quorum alter ut alias semper, ita in hac
 quoque novissima Anthologiae editione, quanti sit,
 religiosissime in divinando ipsa membranarum ve-
 stigia sequi, perquam lucide atque copiose per-
 docuit, alter cum doctissimis quibusdam amicis
 id jamjam operis instituit, ut quicquid accurata-

rum collationum descriptionumve codicum coacervare potuerit, in critico apparatu Vratislaviae brevi prodituro publici id juris faciat; cujus operis tomo primo, cum comparebit, inserere visum est *Παύλου Σιμεντιαρίου ἐκφρασιν τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας*, quam ex eodem Anthologiae praestantissimo codice omni, qua par est, cura ac fide descripsi. Quodsi saluberrimus ille mos, ex litterarum magis ductibus, quam ex vago quodam concinnitatis sensu conjecturas faciendi, mox latius, ut vehementer opto, propagetur et increbescat, hoc cumprimis videndum esse censeo, ne sic generatim praecepta ponantur, cujusmodi, exempli loco, hoc est: „has et has litteras, syllabas, voces saepissime in libris manuscriptis commutari,“ sed ut de quovis singulo potius codice, quaecunque in eo reperiatu litterarum syllabarumque affinitas, explanetur quam curiosissime. Nam unusquisque fere codex suam habet singularem ac propriam scripturam. A quo peccato ille ipse, quem honoris causa nomino, Cel. Jacobsius non satis ubique cavisse videtur; quod in tanto, tamque amplo viro eo liberius animadvertendum esse duxi, ne suprema ejus auctoritas multos, qui in ipsum suspiciunt, in eundem errorem inducat. Jam etsi non defore auguror, qui dummodo obiter hanc levidensem meam scriptiunculam adspexerint, frustra omnem operam consumptam esse clamitent in rebus parvulis atque minutis, tamen hoc leve istorum judicium assis non faciens, id etiam vanitatis addam, ut quantum in codice pervestigando studii navaverim, plene atque prolixè demonstrè. Primum igitur, antequam ad ipsum conferendi laborem me applicarem, hoc mihi faciendum fuit, ut quae uspiam de graecis codicibus praecepta palaeographica exstarent, cognoscerem et imbiberem universa; quid enim

absurdius poterat fieri, quam cum ne generales quidem membranarum virtutes cognitas haberes, ad unam aliquam singulam perscrutandam si dare te voluisses; quamquam sic facere quosdam video, existimantes procul dubio, cuncta, quae scire opus sit, sponte ipsum usum esse allaturum. Hoc igitur pacto via commode praemunita, ea primo comparavi, quae, cum paucissimas haberent contrahendi notas, lectu sane faciliora erant, illa videlicet, quae litteris exaravit secundus librarius. Haec postquam diligenter et operose contenderam, ad prioris scripturam me contuli, impeditiorem illam ob crebra variis modis efformata syllabarum compendia. Ex hac, quo ab omni lapsu tutior essem, itidem non tractavi nisi quae typis jam erant excusa. Tertio demum loco a contendendo progressus sum ad eruendum atque describendum, ea tamen cautione adhibita, ut quae tertii cujusdam librarii studio praefixa sunt Anthologiae epigrammata, multis iisque insolentioribus compendiis onerata, prius ne adorirer, quam descripsissem, quae ex primi membranarum scriptoris calamo fluxerunt, Pauli Silentarii puta, quod superius commemorabam, elegantissimum poema, et quaedam selecta Gregorii Nazianzeni epigrammata. Postremum denique omnium ad marginalia accessi, quae, quoniam hujus commentarii usurpandi tum temporis nondum copia erat, cuncta enotari oportuit. Atqui haec quum ipsis vocabulorum decurtationibus plurimum interpreti negotii facessant, tum ita negligenter ac defunctorie sunt scripta, ut quaevis propemodum singula vox difficillima sit conjectura expiscanda. Ex hac igitur enumeratione occupationum mearum, quibus accensenda etiam venit diligentissima commentarii lectio atque contentio, satis superque intelligere est, totum

illum, quem indefessus pertuli laborem haud sane mediocrem fuisse; quare, per me licet, rideant isti belluli atque laboris impatientes homunculi; me quidem certe, persuasissimum habeo, nunquam, quod studii et operae impendi, poenitebit. Jam quae fuerit hujus muneris obeundi occasio atque momentum, paucis accipitote. Per anni superioris aestivum semestre cum Heidelbergae commorarer, non tam doctrinae adaugendae causa, quam ut animum reficerem, bibliothecam cognoscerem et spectatissimorum hominum familiaritates contraherem, accidit forte fortuna, ut cum Ven. Vossio patre aliquando sermone collato, mentio injiceretur Summi Schweighaeuseri, quem ille magna cum delectatione sua in balneis Badensibus per plures deinceps septimanas quovis fere die convenisse ajebat. Hunc semel et saepius, sic ille narrabat, peracute conquestum fuisse de incredibili prorsus laudatissimi Spaletti in conferendis describendisque codicibus incuria. Quod Viri Celeberrimi dictum quum parum mihi probabile videretur ob laudes maxime eas, quibus extulerat istud caput in primi Anthologiae voluminis docta praefatione Ill. Jacobsius, confestim hoc mihi suscipiendum fore existimabam, ut ipsemet, quo tandem res se modo haberet, gnaviter et curate experirer. Cujus quidem rei tunc erat copia facta restituta cum maxime Heidelbergensibus vetustissima illa Anthologiae membrana, quam pridem jam Romam deportatam transtulerant admodum nuper gallici orbis praedones cum reliquis plerisque pretiosissimis rapinis Lutetiam Parisiorum. Id consilii ubi semel cepissem, non sum cunctatus cum viris duobus communicare, qui inter ceteros, quos Heidelbergae cognoveram, viros ornatissimos, inprimis mihi erant colendi et obser-

vandi, Creuzerum dico et Wilkenium; quorum uterque, simulac, quod institueram, exaudivisset, ita se facilem mihi et officiosum in ea re prae-buit, ut profecto, qui dignas gratias referam, ne-que nunc habeam, neque unquam sim habiturus. Sic nimirum evenit, ut negotio illo rite transacto, nunc manibus teratis hanc leviculam scriptionem meam, quam simul et fidenter Vobis trahebam, et aliqua tamen ex parte paulo etiam timidius. Tametsi enim probe mihi conscius essem, nullum unum co-dicem pari unquam diligentia et animi attentione comparatum esse, ac multa sane haud spernenda commoda enasci oportere ex hoc libello meo splen-didissimae sospitatoris Anthologiae, quae nunc ab-solyetur, editioni, tamen, quoniam operi adjungen-dus esset, quo equidem nihil novi ullo nomine per-fectius neque politius, nihil sagacitate, doctrina, diligentia, urbanitate affluentius, fieri procul dubio non potuit, quin aliquo certe angerer premererque timore. Accedebant praeterea aliae quaedam causae, quae rem non leviter impedire videbantur, quarum prima, quae temporis brevitate voluminisque an-gustiis continebatur, valde me, haud diffiteor, sol-licitum habuit; exponere enim perexiguo spatio quam plurima, res est non parvi temporis. Alterum, quod urgebat etiam obstaculum, in eo erat situm, quod multa, quae, ut penitus intelligerentur, ante ipsos legentium oculos necessario erant ponenda, culpa ac vitio rei typotheticae ne similiter quidem sisti poterant; cui, spero; litterarum incommodo pervulgatior mox lithotypia medebitur, quam hoc ipso jam tempore prudenter nonnulli in partes vo-cant. Postremo loco et illud haud parvo me afficiebat metu, quod in tanta laboris festinatione, ubi, dum oculus lectionum discrepantias undique colligeret, priusquam mens, quid scribendum esset, praeme-

ditari; auris, qui orationis foret sonus, examinare posset, manum continuo litteris oportebat reperta mandare, quod in tanta, inquam, festinatione, ut miseriarum cumulus adjiceretur, ea etiam lingua utendum esset, qua per integrum annum et eo diutius plane usus non eram. Pristinam enim scribendi facultatem, qua nunc me sentio validum atque polentem, non recepi nisi per tres continentes dies nihil fere praeterquam Ciceronem legendo. Qui paucorum dierum usus tam facile mihi ac volubiliter currentem stylum effecit, ut singula qualibet hora, modo res sint in promptu, commodissime mihi profligare posse videar amplius binis foliis. Verumtamen ne hac dicendi copia ac facilitate me male abusum esse aliquis dicat ad futiliter garriendum, ipsam nunc, quae proposita est, rem tractabo. Quod si cui forte facere videbor nullo plane observato ordine, ejus rei culpam scito non tam mihi, quam ipsi disserendi materiae essetribuendam, quae ita ab omni jucunditate est nuda atque destituta, ut accesserim ad eam non sine maximo fastidio. Annititur enim animus noster ad altiora, quae et ampliorem certioreque laudem pariant, et plus etiam vitae communi utilitatis afferant. Tamen, quod semel munus in me receperam, id strenue ac diligenter peragendum censi. De codice jam nostro, quae monream in universum, haec habeo. Quotquot vidi Heidelbergae membranas vetustiores, ad unam omnes tachygraphice sunt scriptae, id est, ductibus liberioribus, grandioribus, certioribus. Una hujus Anthologiae libri ea pars, quam habemus a primo libraria litteris consignatam, non tachygraphice, sed calligraphice est scripta, litteris admodum munde, minute ac nitide pictis. Idem pigmento, non fusco, quemadmodum plerique alii, sed paene flavo aut rutilo est usus; quo in genere socium habet tertium

scribam. Ipsa membrana, quae antehac numerum XXXIII praeferebat, in praesentia numeratur codicum Palatinorum vicesimus tertius. Quod attinet ad ejus vetustatem, amplissimus editor argumentatione historia est assecutus, seculo fere decimo eam assignandam esse; quam conjectationem amplexari liceat nec ne per arabicas numerorum notas, quae singulis epigrammatis appictae fluxerunt certo certius ab ipso librario, historicorum est quaerere. Magna hercule antiquitas inde ei vindicatur, quod in plerisque ad amussim congruit cum veterrimo codice Palatino 398. Porro, ut nunc est membrana, progreditur non ultra paginam 614, qua fere media recentiori manu exstat scriptum *ιδὲ τὰ λοιπὰ ἐν κωδ.* cum numero aliquo, qui temere memoria excidit. Heidelbergae certo, quae desiderantur, non reperi; proinde remanserint probabiliter aut Parisiis aut Romae. Codicis, quae proprie dicitur membrana, majorem partem ita est tenuis ac pellucida, ut nunquam vidi magis; qua ipsa de causa et in primis foliis epigrammata, et Pauli Silentarii egregium carmen miserrime sunt lacunis foedata. Accentuum ratio per totum codicem longe est alia, quam quae hodie observatur; quapropter operae pretium me esse facturum arbitratus sum, si cujusque minimae diversitatis mentionem facerem. Nam cur vetustorum librorum, in quibus rebus sibi constant, minor sit auctoritas, quam hominum neotericorum, qui saepius hariolantur, quam ratiocinantur, equidem nullam video idoneam causam; cum iis autem, qui omnem de accentibus doctrinam Reizii ceterorumque praestantissimorum virorum industria ad liquidum perductam existiment, non modo nos non sentire, fatemur, sed adeo in ipsis etiamnunc incunabulis esse opinamur. Idem valet ad spiritus, in quos quam vim exhibuerint variae linguae dialecti, pro-

fecto nondum satis compertum habemus. Quae sint in libro nostro litterarum formae, quae syllabarum vorumque compendia, ab initio quidem, ut adjuvarentur hoc modo emendandi conatus, in animo fuit, ample et copiose enarrare; nunc vero multo satius est visum, ejusmodi omnia in aliud quoddam commodius tempus differre. Ex fide et auctoritate Cl. Uhdenii Doctissimus Editor in commentarii primordio alterius librarii manum recentiorem dixit; at certe immerito, satis enim argumenti est, eadem utrumque aetate fuisse, quod prior scriba hunc alterum passim correxit; de quo constat ex additamentis meis. Tres an quatuor diversos libri scriptores acciperem, initio parumper dubitavi; nunc sine haesitatione illam sententiam tueor. Nam quae pagina codicis 518 ad 524 primo adspectu quarto alicui librario adtribuenda esse videntur, ea, licet paulo sint negligentius ac remissius scripta, nihilo minus tamen eidem scribae adjudicanda censeo, qui in primis membranae foliis illa diversi argumenti epigrammata conscripsit. Quae secundus librarius literis mandavit, lectu haud dubie longe sunt facillima, quocirca nonnisi perraro in his enotatam a me reperies lectionis varietatem. Admodum magnam codicis partem homo nescio quis, quem perperam vulgo correctorem appellant, dici vix potest quam male habuerit. De quo propterea quod Planudes plerumque eas lectiones tuetur, quas ab ipso librario positas iste nefarius homuncio pessumdedit, non injuria mihi suspicio esse nata videtur, post Planudem demum hunc perditissimum interpolatorem codici operam suam perversam atque inutilem navasse. Quodsi aliquoties concinunt ejus correctiones cum Planudis lectionibus, hoc inde facile oriri potuit, quod hujus epigrammatum collectionem ad manus habuerit, unde quicquid liberet, depro-

mere posset. Planudes vero, ut videtur, ipse diversis Anthologiae codicibus est usus. Restat, ut de lineola illa superscripta, porro de sigla quadam in libro nostro longe creberrima, ac de signis denique iis commoneam, quae novum ordiri epigramma, commonstrent. Lineola supra litteras per aequum ducta, quae, prout ejus sedes permittat, ac sensus jubeat, vel α vel ν denotare potest, multis quoque aliis rebus inservit; nam etiam, cum litterae vim numerorum adsciscunt, superponitur; porro syllabam significat porrectam; tum litterarum consonantium facit reduplicationem; deinde unamquamque litteras elidendi rationem designat, quemadmodum exempli causa $\text{'}\bar{\text{O}}\bar{\mu}\bar{\rho}\omega$ est $\text{'}\bar{\text{O}}\mu\eta\rho\omega$, $\bar{\mu}\rho\alpha$ $\mu\eta\tau\epsilon\rho\alpha$, $\bar{\chi}\nu$ $\chi\rho\iota\varsigma\omicron\nu$; postremo denique loco apud secundum librarium etiam vicaria spirituum est. Sigla in libro ms. creberrime obvia, quam doctissimus Editor in comm. his terve ad summum lectorum oculis subjecit, effingitur vel sic: \sim vel sic: $\%$. Varii ejus significatus hi sunt: Quando singulae cuidam litterae est superscripta, hanc vel falsam, vel addubitatam, vel denique male pictam esse indigitat; cum vero integrae voci aut praeposita, aut etiam altius, quam ut possit ad unam aliquam litteram referri, superposita est, illam ipsam vel pravam, vel dubiam, vel male diremtam, vel denique inusitatam et propterea parum perspicuam esse arguit. Si hoc sit, usu persaepe venit, ut ejus correctio vel explanatio in margine exstet. Probe autem ab hac sigla distinguendus est, qui eandem plane speciem praefert, deletus acutus; quem habes, verbi gratia, in voce $\pi\alpha\tau\rho\ddot{\omicron}\chi\tau\acute{\omicron}\nu\omicron\varsigma$. Tria sunt, quae epigrammata separant, signa: lemma, numerus, et sigla, si novam licet huic vocabulo potestatem addere, initialis. Primum saepius redundat, quam deest; idcirco certius, si desit, non incipere, quam,

si exstet, vere incipere novum epigramma colligetur. Contrarium incidit in alterum et tertiam, quapropter diversa in iis ratio est ineunda. His ita leviter perstrictis, praefandi partes rite mihi explevisse possum videri; quibus enim rebus distet hic liber ms. a reliquis, quos oculis usurpavi, codicibus, in singulari mox libello perscribere est animus. Quae vero paucissima addenda sunt ad Pauli Silentiarrii Ambonem, peraccurate nuper a Cl. Bekkero descriptum, adungere lubet superius laudato apparatus critico. Quodsi exsistent, qui nimium velint de descriptionis meae pretio detrahere, ac praeterea me acrius et impudentius, quam decuerit, impugnasse dicant Jacobsium atque Bastium, viros sine controversia omni, quae quidem in mortales cadit, virtute insignes, si hoc alterum, quaeso, concitatiore operae cursui attribuunto, qui nescit rebus modum afferre; de illo autem priore, licet cetera vere sentiant, id mihi tamen laudis derogare non poterunt, in quo primariam collationis meae palmam consistere arbitror, quod hominis tribus ad minimum seculis sequioris temerarias plerumque correctiones diligentissime sejunxi a sincera et genuina ipsorum librariorum scriptura. Quod viri docti ut lubentes agnoscant, nec multam ac variam doctrinam, qua prius propositum erat haec supplementa mea illustrare, indignabundi circumspiciant, etiam atque etiam rogatos volo.

Ubicunque reperias *Bast*, intelligas licet commentationem ejus palaeographicam, ubicunque autem *corr.* et *libr.*, de correctore et librario cogitare te volo. Verba haec *dele not. Jac. marg.* signo sunt, quae habeantur in codice sanissima, per descripto-

rem Spalettum vitiata esse, unde migraverint post-hac in lectiones varias, quas Ill. Jacobsius textui supposuit. Siglam codicis paginae in calce libelli mei suo quainque loco restituendam curavi, quoniam, si semel ponenda erat, rectius hãud dubie poni non poterat quam suo proprio loco. Ponenda autem certe fuit, quia rarius a librariis in summis paginis peccatum fuisse animadverteram, quam in mediis aut infimis.

I. Χριστιανικά επιγραμματά.

Ἰα prooemio εὐσεβῇ καὶ) εὐσεβῇ τε καὶ. Ib. ἀέλληνες) ἀέλληνες, quod pro ἀνέλληνες dictam retinendum arbitror. Nr. 1. Ad vocem lemm. αἰβοῖριον Cl. Ed. observat, formam αἰβώριον usitatiorē esse. Quod, quando fanī significatione accipiēda est, vix crediderim. De qua re, sicuti de reliquis ejusdem vocabuli formis, vid. Etymolog. Vossii et Suic. thes. eccles.; quem posteriorem librum ad omnes fere christiano- rum scriptores graecos summo cum fructu consulendū esse, semel monuisse sufficiat.

Nr. 2. in comm. lemm. ἀψίσι) ἀψίσι. In textu v. 1. Ἰουστίνος) Ἰουστίνος. Cf. de hoc punctorum in vetustissimis ll. mss. superscribendorum more Bast p. 718. V. 4. τεῦξέ μιν) τεῦξε μιν.

Nr. 3. V. 1. πηόν) Sic legitur in cod. Altera enim pars literae ω, quae prius scripta fuit, ab ipso librario radendo deleta, V. 4. κρεῖσσονα τῆς προτέρης) cohaerent in cod., nullo tenore apposito. Quem codd. fere omnium satis tritum morem verbo saltem attingere volui.

Nr. 6. in comm. lemm. ἐν τοῖς σφορῶ.) ἐκ σφορῶ. Mallem, V. D. ἐκ per ἐν τῷ (sc. χώρῳ) interpretatum esse. τοῖς enim in libro nostro aut raro aut nunquam superscribitur, sed vel plene exaratur, vel eo compendio, quod exstat Bast. tab. aen. IV, 17. Τὰ Ἀμαντίου Jac. interpretationi favere, neutiquam ignoro.

Nr. 7. in lemm. εἴ το λογαῶ) εἴ το λογαῶ, quod esse videtur: ἐν τῷ το λογάριον. Ex εἴ pro ἐν τῷ circumflexum et iota adscriptum commodē abesse posse, nota tachygraphica εἴ pro ἐν affatim docet. In voce λογαῶ confluerunt superscripti tonus acutus et nota syllabae on; littera s vero aut evanuit, aut propter tenorem acutum vocis exitum satis prodentem omīssa est. Ill. Jac. explicatio, quamvis ait multo doctior, non ita prope ad literarum vestigia accedit.

Nr. 8. in lemm. ^{οω} ἀππ) Nullo pacto, quae Cel. Jac. opinio est, literae στ in π depravatae sunt, sed, quum librarius initio tantum ἀππ scripsisset, ut numerum pluralem indicaret, postmodum perspicuitatis causa ω addendum censuit. Ejusmodi additamentorum exempla habes, ut pauca commemorem, ad lemm. ep. erot. 264. 270. Ep. Greg. 154. — Ib. εἰς¹) εἰς² et ὀρμιδου) ορμισδου. Illud esse plane non potest εἰς τὴν, sed est potius εἰς τὴν, quod pro εἰς τὴν accipi oportere, sat notum est. v. ad epitymb. 131. V. 5. καὶ) ita habetur quidem in cod. marg., at characterē recentiori. Alteram lectionem κάλλει nil nisi otiosam scilicet hujusdam explicationem esse, eamque non singulae aliqujus vocis, sed totius enunciati, nemo non videt.

Nr. 9. in lemm. βοθρεπτω) In mentem venit corrigere βοθρῶτες i. e. Βουθρῶτες. Pluribus conjecturam meam adstruere, hic locus non est. Summam autem in quibusdam codd. similitudinem inter ωτ et πτ recensere, male praetermisit doct. Bastius. *)

Nr. 10. V. 20. βοάq) Sic vere in cod., at tam parum distincte, ut a descriptore non curiosissimo facile potuerit pro βοάαν haberi. V. 22. πού) Codicis lectio sincera videtur, et haud inepte defendi potest. V. 31. ἀμετρήτους) Cod. lectio mihi equidem praeferenda videtur. Subaudi: ἀεθλητήρων & ἁγίων & μάρτυρων, quod proximo inferunt, θεράποντες θεοῦ. Ita existit comparatio vel potius antithesis longe aptior. Sanctis innumeris — tu sola. — In marg. cod. recte habetur περιγράφεται. V. 41. An Jac. conjectura ἐλαύνη tolerari possit, rei grammaticae peritiores videant; equidem nego. V. 42. in marg. post ναού habes ∞, quo signo a seqq. illa dirimuntur. Ib. τὴν ἀψίδα)

[*) Bastii Commentatio Palaeographica non est iustum Palaeographiae corpus, sed complectitur tantum observationes palaeographicas, quas in notis ad Gregorium Corinth. itemque in Epistola Crit. ad Boissonad. eiusque Appendicē sparserat, commodo ordine digestas novisque copiis auctas. Itaque fieri non potuit, quin plurima omitterentur in integro corpore palaeographico tractanda: id quod ipse vir praestantissimus in litteris ad me scriptis fassus est. Conf. quae scripai in praefat. ad Gregor. Cor. p. XLIX. G. H. S.]

Δ
 ε' αψι q. d. τῶν ἀψιδων, quod possint locum habere, nec ne, alii
 judicent. V. 47. in marg. ναυ) ναω. An terminatio attica (ἀποβολῇ
 τοῦ σ κλίνοσι. Gregor. Cor. p. 42.) cum forma vocis vulgari est
 mista? V. 51. βαθυζήζοις) βαθυζήζ^ρ. Sic centies in cod. nostro.
 V. 52. δαίνων) δαίνα. Ita haud raro lineola, litteram ν quum de-
 notat, nostro circumflexo, seu codd. notae tachygraphicae literae ω
 est similis. Pro α hunc in modum ductam non reperi. V. 68. Cod.
 lectio λίνεα, quam Ill. Jac. lenissime in δήνεα mutavit, ob antecedens
 verbum τοξείω servanda videtur; sensus inde exit satis tolerabilis.
 V. 72. Non recordor, uter superscripserit λύσαν; si corrector, alteram
 vocem tuendam existimo. Latet enim in ἑσβεος λήθην argutia, ab
 ejusmodi poetilla haudquaquam aliena. Nr. 11. in lemm. βασι) Hoc
 compendium alias nomen Βασιλείου s. Βασιλίου indicat. v. epp. 86 et 92.
 An τὰ Βασιλείου est regula S. Basilii, cui adhaesisse constat hos tri-
 geminos Cosmas atque Damianos, ut foret εἰς τὰ i. q. ἐν τοῖς?

Nr. 12. V. 10. in comm. εἰ δ' ἐμὸν ἔργον) Voluit V. D. proba-
 biliter, quod in textu dedit, ἐς. In scriptura codicis dubitare possis, utrum
 ἐς δ' an ὡδ' offerat scribe. Hoc si praetuleris, quum sequentia absque
 ullo lacunae vestigio cum his verbis cohaereant, paulo quidem durior,
 nec tamen plane rejicienda oritur constructio, deficiente verbo sub-
 stantivo. Ea autem, quae Jac. tanquam novum lemma novo epigram-
 mati Nr. 13. assignavit, neque sigla initiali neque numero additis, in
 margine leguntur. Proinde haec duo poemata unum puta.

Nr. 18. in lemm. Βαήν) fort. βαύην s. βαύναλιν.

Nr. 19. V. 3. θεοζήτοιο) θεοζή^υητοιο. Quod superimpositum est,
 interpretamentum sapit.

Nr. 28. V. 3. εἰς χειρὶ) εἰς χειρ^ω. Jac. χείρ^ωσει proponit. Per-
 bene; librarii enim saepissime aliarum dialectorum formas in atticas
 depravaverunt, quoniam hae ipsis notiores essent; v. Reiz. de pros.
 gr. acc. incl. p. 7. pr. Verum nonne ductus literae σ in voce εἰς
 praelongus syllabam σιν significare potest? Vid. Bast. tab. II, 14.

Nr. 32. V. 3. Jac.: Saepenumero permutatur καὶ cum η. Hoc ve-
 rissimum, sed in nostro l. ms. καὶ eo compendio non scribitur, quo
 possit cum η commutari. At ea similitudo fortassis in archetypo ob-
 tinebat. v. Greg. Cor. p. 384. Bast. 815.

Nr. 34. in lemm. comm. ^τ ^τ *εις αυ*) Interpretare: *εις τὸν αὐτόν*, non, quod Jac. dedit, *εις τὴν αὐτήν*, quippe quum non eadem, sed diversa, fuerit imago. V. 4. *κρείσσονι*) *κρέσσονι*.

Nr. 47. V. 1. *μεγαθενε*) *μέγα σθενος* a prima manu; sed a manu secunda lineola oopulatrix addita, et o in e transformatum.

Nr. 52. in lemm. *ἤγον*) *ἤτουν*. Sic non raro in Anthol. cod. Cf. Greg. Cor. p. 876. V. 2. *καὶ ἐς*) Imo, quod Jac. praeceptat, *τε καὶ ἐς*, reperitur in cod.

Nr. 60. V. 1. *Μωσῆ*) *Μωσῆς*.

Nr. 65. V. 2. *θυοιαν*) *θυοίην*. Nr. 75. dele notam Jac. margi-
nalem. Cod. rectissime habet *σαμαρετιν*. Nr. 84. V. 1. in not. marg.
Jac. dedit *ἀθανάτοι*. In cod. *ἀθανάτοι*. Nr. 93. V. 1. in comm. Jac. :
λείπων, ut saepius. Rectius dixisset: ut, si duo tresve locos excipias,
semper. Nr. 99. V. 2. dele notam marginalem. Nr. 101. in lemm.
χριστιανόν) *χριστιανόν*. Nr. 106. V. 16. in marg. cod. ^ε *χρυσοτριπλ*.
i. e. *τῆς χρυσοτρ*. In Jac. comm. male *τοῦ χρυσοτρ*. Nr. 109. in lemm.
εις τὴν πηγὴν) non sunt librarii, sed ab alio quodam, aequali tamen,
addita. V. 2. *Κωνσταντ*) *Κωνταντ*. Nr. 107. dele not. marg. Jac.
Cod. lectio convenit enim plane cum ea, quam typis habemus in
textu expressam, praeterquam quod deest, ut saepissime, iota ad-
scriptum. Nr. 116. V. 3. dele not. Jac. marg. Spaletti enim perperam
pro tenore acuto spiritum dedit; et cohaeret vox, nec dissoluta est,
qualem in comm. exhibuit V. D. Nr. 118. V. 1. *κακῶν*) *πάθων*.
Ob hoc unum peccatum apographi auctor satis magno jam jure supinae
negligentiae incusaretur. V. 7. *προσφόρων*) *προσφορ* i. e. *προσφορας*.
Nr. 119. V. 25. dele not. Jac. marg. Nr. 123. V. 3. *ὑμνοπολοῦσιν*)
ὑμνοπολοῦσι. Vix bis terve in usu literae paragogicae concinere ad-
verti librariorum ms. nostri cum Cel. Jac.

Π. Χριστοδωρου εκφρασις.

V. 39. *δ' ἐβιάζετο*) *δὲ βιάζετο*. Ita creberrime uterque codicis
scriba augmentis syllabicis verba privat, ubi Ill. editor adjicit. Uter
rectius, sub iudice lis est. V. 70. *ἡρεμέουσα*) *ἡρεμοῦσα*. V. 71. Litera
ν finalis in voce *ἀναπαμένην* rec. char. V. 72. *τριποδηλάτος*) *τριπο-*

ηλαλος. Etiam hoc τονώσεως praeceptum, ut multa alia, saepissime migrant cod. nostri scribae. V. 103. in Jac. not. marg. codex ἡ habere dicitur. Hoc loco tenoris ductus valde dubius est; sed facile concedam, ita a libr. scriptum esse; in universum enim contendere potest, nostri cod. scribas in tota accentuum ratione admodum fluctuari, neque in una aliqua re sibi satis constare. V. 121. in lemm. πυθαγόρου) πυθαγοῦ. V. 110. ῥαδάμιγγας) ῥαδάμιγγος. V. 117. ὅτι) ὅττι. Qua in re saepissime peccatur; h. l. ab editore, multo saepius a librariis. V. 128. in comm. τιττόμενοι) τιττομένοι. V. 131. in lemm. δημοκρίτου φιλ) δημοκρίτου τοῦ φιλ. Ad v. 139. habes in marg. cod. ^Δ εως ω/. V. 144. in comm. λάμπον) λάμπο ν. Altera literae ω pars iniuria temporis abolita. V. 159. φαίνειν) Fuit ab initio φαίνων in cod. scriptum; ipse tamen librarius postmodum correxit. V. 180. δακρυχέουσα) δάκρυ χέουσα. V. 183. φᾶρος) φᾶρος, quemadmodum in his talibus solet Librarius. V. 192. πύρρος) πῦρρος. V. 196. in comm. ^σ λενσων) Nullum in cod. σ superscriptum. V. 199. κρήδεμον) κρήδεμνον. V. 200. in cod. marginali ἀπόπλω) ἀποπλῶ. V. 204. ἡ ποτε) ἡ ποτὲ. Ib. γενετῆρα) γενετῆρας. V. 209. ὀβριμόθυμος) ὀβριθύμος. V. 226. in comm.: γυιοτύρους esse videtur in P. imo, vere est. V. 241. in lemm. χαριδήμον) χαριδήμον recte. V. 256. γητορος in lemm. per vitium hypotheticum pro ῥήτορος. V. 271. in lemm. item per vitium hypotheticum ^ο τελαμωνιαδ i. e. ος, pro τελαμωνιαδ i. e. ον. V. 283. in comm. τριποδήλαος) imo rursus, ut supra, τριποδήλαος. V. 270. dele not. Jac. marg. V. 288. χρυσῆν) χρυσήν. V. 314. in Jac. not. marg. ἡ) ἡ. V. 323. ἔαξε) ἔαζε. V. 334. in cod. marg. κρεῖττων) κρεῖττον. V. 340. ἐν ἐκείναις) ἐνι κ. V. 344. in cod. marg. θαυμασόν) θαυμας q. d. plerumque θαυμαστός. V. 351. in lemm. φιλοσοφον φερειν) φιλοσοφου φερειν. V. 358. in comm. πολυσσοῦχουσιν) πολυσσοῦχοισιν. V. 367. dele not. Jac. marg. V. 379. ὅσα περ) ὅσα περ ex more cod. V. 394. dele not. Jac. marg., pariter ac v. 406 et 410. V. 409. παρ' ἡόσι) παρήϊος. V. 414. in lemm. διαλεκεῖ) i. e. ων. At in cod. recte διαλεκεῖ i. e. οἱ.

III. Επιγραμματα εν Κυζικωι.

In cod. marg. περιγαμνηών) περιγαμνηών. N. 2. V. 4. in comm. εν πεδίον) ἐς πεδίον. Harum literarum confusio solennis. Nr. 3. V. 3. ὅττι περ) ὅττι περ. Ib. ματρός) μητρός. Nr. 4. In marg. ὁ τρί-
τατος πίναξ τοῦ αὐτοῦ εὐλοβάτου. Ergo plura in una columnae basi
anaglypha. Quae verba Spaletti festinanter praetervolaverit, an Jac.
de industria praetermiserit, ignoro. V. 4. γαμετάν) γαμέταν. Nr. 5.
In cod. marg. habes: περὶ τοῦ πέμπτου πίνακος, et hunc in modum
deinceps περὶ τοῦ ἑκτου, ἑβδόμου &c. Nr. 6. in tit. dele not. Jac.
marg. ἐπιφανής. In cod. enim habes: ἐπιφανῆ, quod tam syllabam εἰς,
quam εἰ et ης significat. Hoc postremum tamen vulgo hac nota signi-
ficatur. In comm. recte Jac. ἐπιφανεις in orationis contextu a librario
scriptum ait. V. 1. ὀλοοῖς) ὀλοοῖς ex cod. more. Nr. 7. in tit.
'Αμφίονος) 'Αμφίωνος. Ib. Διόρκην) διόρκην. et ὅτι) ὁ. V. 2. τάνδ')
τάνδ'. Nr. 8. tit. Dele not. Jac. marg. Ib. Οδυσεύως) Οδυσσεως et
'Αντικλείαν) 'Αντικλείαν. Nr. 9. in tit. Πελίας) Πελίας. V. 3. Dele
in not. Jac. marg. ἔρχεσθιν et. Nr. 10. In marg. legitur: περὶ τοῦ
δικαίου πίνακος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων. In tit. χρυσήν) χρυ-
σὴν, ut aemper. Nr. 15. V. 4. λίνα) λίνα. V. 5. in novo lemma
βελλεροφοντ) i. e. ος; at recte reperitur in ms. τ i. e. ον. Nr. 18.
in tit. 'Εν τῷ) ἐν δὲ τῷ. Ib. σκευός) σκευος. Nr. 19. in cod. marg.
ρημ) ρημ.

IV. Τα προοιμια των διαφορων ανθολογιων.

In cod. marg. εἰς κεφαλῇ διφ) εἰς κεφαλῇ Δφ, quae Jac. recte
interpretatur. Ib. ἐν κώτῃ) κώτῃ. V. 9. ἀναμιξ πλ.) ἀναμιξ πλ.,
quae toni erectio non temere librario excidisse putanda est. V. 15.
Λεωνίδεω) Λεωνίδεω. V. 19. τύμνω τ') τύμνω τ', ita ferente prioris
librarii more. V. 26. in scholio marginali paene omnia scripturae
compendia per typorum defectum ac typothetarum incuriam pessime
deformata; ex his enumerabo tantummodo, quae sanari possunt. με-
λάνιπ) μελάνιπ; tum μενερα) μενερα. porro νικνέτος) νικνέτος

i. e. *Νικαίνετος*. deinde *πολύκλη*) Quae sit hujus nominis in cod. nota compendiaria, non recordor; sed est Polyoleti nomen (*Πολύκλητος*). Ib. *ἐαυτοῦ ἐμνημόνευσεν*) *ἐαυτὸν ἐμν.* V. 42. *Ἀντιπάρου*) *Ἀντιπάρου*. V. 46. *Σικελίδεω τ'*) *οικελίδεω τ'*. V. 53. *τὴν*) *τάν*. Nr. 2. in scholio marginali alterum *Ἀντιπάρου* circumscribere. *ἀντιπάρ* i. e. *ον*; in libro rectissime *ν* i. e. *ονς*. V. 13. *Εὐήνῃ*) *Ἐυηνά*. Nr. 3. in scholio marginali *ταῦτα ἐπιγράμματα*) *ταῦτα τὰ ἐπ.* V. 4. *κάθησθε*) *καθῆσθε*. V. 35. *οἰκόθεν*) *οἰκοθεν*. V. 62. *νύμφη*) *νύμφη*. V. 70. *λύσαν*) *λύσαν*. V. 74. *χωρὸς τις*) *χωρος τις*. V. 80. *Ἰνδῶς*) *Ἰνδῶς*. V. 88. *Ἐσχατίν*) *ἐσχατίν*. V. 114. bis scriptus in cod., sed altera vice a manu neoterica. V. 117. Quod in nota Jac. marg. superpositum est, caractere recentiore, colore multo atriori est scriptum. In seq. poëmatii τοῦ αὐτοῦ ad v. 5. scholio marginali *ἐπακολούθει*) *επακολούθει*. Ib. *αὐτὴν*) *αὐτάς*.

V. *Επιγράμματα ερωτικά.*

